


Al 5196

1840

Hc 110,8



An 1

METHODUS INVENIENDÆ LONGITU- DINIS MARITIMÆ

PRIMA

PER

**ACUS VERTICALES
MAGNETICAS,**

SECUNDA

PER

**SINGULAREM DIMEN-
SIONEM VIÆ MARITIMÆ,**

TERTIA

PER

**HOROLOGIA SOLARIA
ET AUTOMATA, UTRAQUE
ACCURATISSIMO MODO
ADORNANDA.**

METHODUS
PICTORIUS
AVENIRET
DENS MARTINI
ANNA
HES
AGRI ALLEGORIE
MAGNITUDINIS
ALLEGORIE
SILENTI
METHODUS MEGALOPOLIS
AVENIRET DENS MARTINI
ANNA
HES
AGRI ALLEGORIE
MAGNITUDINIS
ALLEGORIE
SILENTI

SUPREMO
MAGNÆ BRITANNIÆ
SENATUI
ILLUSTRISSIMO
PARLAMENTO
CONSECRATA
HUMILLIMEQUE SUBMISSA
METHODUS
INVENIENDÆ LONGITUDINIS
MARITIMÆ
PER ACUS
VERTICALES MAGNETICAS,
EVIDENTISSIMIS SUPERSTRUCTA
EXPERIMENTIS
TERRA MARIQUE FACTIS,
AUTORE
M. CHRISTOPHORO SEMLERO,
HALLENSI,
DIACONO ULRICIANO.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
SUMPTIBUS ORPHANOTROPHEI, 1723.

SUPERI
MAGNITUDINIS
SENATI
PULVERISIMO
PARTAMENTA
CONGREGATA
HABENTUR IN
METTASTOIS
IMAGINIBUS RONGIABDINIS
SACRA
VERGILIANIS AVENSTITICIS
LUDICRUM SIBERISTRICTA
EXHERETENS
TEREA MAGNAE SACRAE
CATHERINA
M. CHRISTIANO SUMERO
HILLING
HECUM QUITCUM
SOMPTUOSA ORNAMENTA

CELSISIMI
 ILLUSTRISSIMI
 SUMME REVERENDI, EXCEL-
 LENTISSIMI, AMPLISSIMI,
 CONSULTISSIMI,
 ATQVE
 DOCTISSIMI VIRI,
 PRÆSIDES
 ATQVE
 ASSESSORES
 SUPREMI
 MAGNÆ BRITANNIÆ
 SENATUS
 ILLUSTRISSIMI
PARLAMENTI,
 DOMINI GRATIOSISSIMI
 MECENATES SUMME DEVENE-
 RANDI,

Eminentissima sunt, quibus supremum Numen Magnam Britanniæ ditavit, beneficia, in cuius fortunatissimis regionibus frequentissima ubique & manifestissima Providentiæ, Bonitatisque divinæ vestigia cernuntur. Circumvallavit eam præsidium Altissimi, ita, ut exsurgentes oceani circumiacentis

fluetus omnes evanidō semper impetu
 fremuerint. Admirandā toti orbi Pruden-
 tia ibidem cuncta reguntur. Quicquid ex-
 imii terrarum regna habent, mittunt fe-
 licissimæ Insulæ. Numerofissima navigia
 fortunam ejus in mari late circumferunt.
 Gloria belli augetur indies, dum Britan-
 nica arma magnum undique æquilibra-
 tis viribus præpondium addendo, tot fere
 victorias, quot prælia numerant. In-
 primis ibi securæ habitant Musæ, amœ-
 nissimè florent studia, & artes belli at-
 que pacis æternô fœdere junctæ pari passu
 ambulant. Hic illustre scientiarum re-
 conditarum Emporium non minùs,
 quam præstantissimarum mercium est,
 ut Athenas eò delatas autumes, litera-
 rum gloriâ celeberrimas & omni seculo-
 rum plausu memorandas. Naves re-
 gionis optimæ feruntur per oceani flu-
 etus, & optatis allabuntur oris, reveretū-
 ræ quicquid præstantissimarum rerum
 geminus orbis habet. Extenditur Ma-
 gnae Britanniæ felicitas non solùm in ter-
 ras, quas oceanô surgentis solis matu-
 tinus aspectus exhilarat, sed & in regio-
 nes, quas occidentis istius luminis radii
 tepidō calore fovent, ita, ut sol occidens
 territorio uni, oriundus sit alteri.

Ten-

Tendentia in tam diffita loca navigia
 dirigit vitâ donata chalybea virgula, acus
 magnetica. Dux ea itinerum longinquorum
 est, & plura viarum indicia præbet.
 Sed, quod per oceanum universum peregrinantes
 naucleri impensè dolent, nec
 a cœlo, nec è mari sufficientia haçtenuis
 Longitudinis maritimæ inveniendæ documenta
 haberi potuerunt. Id verò si
 obtineri queat, ad fastigium ferè sum-
 mum res nautica pervenisse creditur.
 Tunc enim via in in viò mari tanquam se-
 mita in terra, facillimô negotiô ubique re-
 perietur, loca periculosa omnia, illæsâ
 navium securitate, evitabuntur, disper-
 sæ procellis naves amissæ tramiti facile
 restituentur, & iter ambagibus plenum,
 breviori viâ, servatis magnis sumptibus,
 ad utrosque Indos eò celerius finietur.

Utilitatis hujus publicæ omnino maxi-
 mæ obtainendæ desiderium in causa fuit,
 ut Supremum Magnæ Britanniæ Colle-
 gium Vestrum, ILLUSTRISSIMUM
 PARLAMENTUM, publico Concluso,
 additâ ingenti spe, ingenia Mathemati-
 corum excitaverit ad solvendum Problê-
 ma arduum de invenienda Longitudine
 maritima. Hoc consiliô omnium pru-
 dentissimô manifestatô tota mox Europa

visa est famulari vestris usibus. Incenduntur animi. Cœlum, Mare, Terra, īdagine sollicitā, perquiritur. Nihil omnino intactum relinquitur, an forte aliqua obtinendo tanto scopo idonea indicia reperire liceat.

Numine vero propitiō factum est, ut consideranti mihi indignissimo opera divina, meditationes quædam eō collineantes subnatæ fuerint, quæ subministrant methodum, quā tanto desiderio satisfieri queat. Horizontalis enim acus magnetica sola hactenus omnia direxit navigia & multoplurimi nautæ sunt, qui acum VERTICALEM magneticam oculis nunquam viderunt. Ea tamen est instrumentum illud omnium nobilissimum atque utilissimum, quod longe plura, quam acus pauperrima horizontalis, indicia locorum maritimorum diffissimō numerō suppeditat, & à Portugallia usque ad Caput Bonæ Spei solum centum atque triginta diversas indicaciones graduum inclinatoriorum præbet. Hæc unica rei nauticæ, non sine magno ejus detrimento, hucusque defuit. Autores enim ferè omnes, qui de ea scripserunt, vel rejecerunt eam, vel conjecturas faltem aliquas incertas insinuârunt, rarō & ti-

& titubante de ea calamô scribentes, deficientibus necessariis observationibus, & terrâ marique factis experimentis magneticis.

Quoniam igitur dirigente Providentiâ Divinâ constructio instrumenti magnetico-nautici, quô Longitudo maritima feliciter indagari poterit, mihi prosperè succedit, ejus descriptionem atque utendi methodum ILLUSTRISSIMO VESTRO COLLEGIO, eâ, quâ decet humillimâ veneratione mentis pronus submitto. Vestra, ILLUSTRISSIMI VIRI, in his rebus excellentissima cognitio pariter, ac Prudentia in negotiis Europam, totumque concernentibus Orbem conspicua, me terruit atque prohibuit, ut in causa tam ardua non agam infirmis ratiociniis atque opinionibus dubiis & cum formidine oppositi conjunctis, sed perpetuis atque certissimis experimentis magneticis in ipso Oceano toto navigabili factis.

Non equidem adeò multi præterierunt anni, cùm *Christophorus Eberhardus*, Verbi divini Minister, qui olim exercitus Moscovitici Generali, *Domino à Weyden*, fuerat à concionibus, aliqua è manu mea acciperet instrumenta magnetica,

gnetica, quæ Viris Illustrissimis, Summè Reverendis, atque Amplissimis iis obtulit, qui ex VESTRO, SUPREMI SENATUS MAGNÆ BRITANNIÆ Consulto Censores constituti sunt eorum Autorum, qui Longitudini demonstrandæ operam impendunt. Submisit etiam iisdem Summis Viris Anno 1718. d. 31. Octobr. Londini aliquod scriptum, quod appellatum est *Specimen Theoræ magnetice*, quô ostenditur universalis Methodus inveniende Longitudinis. Sed quoniam ille amicus meus mentem meam fortasse non satis plenè atque perspicuè explicuit in iis omnibus, quæ ad negotium hoc à me ei commendatum magneticum perficiendum, integreque sistendum requiruntur, ideo totum illud scripto præsenti ita comprehendi, ut eō methodum inveniendæ Longitudinis per acus VERTICALES magneticas experimentis perpetuis superstructam exhiberem.

Quemadmodum autem prolixè & singulatim omnia prosecutus sum in illo Manuscripto, quod simul cum noviter extuctis Tabulis seu Mappis geographicomagneticis & Instrumentis demonstrationibus his inservientibus ILLUSTRIS SIMO VESTRO COLLEGIO humili-

lime

lîmè transmisi, ita rei totius summa tantum capita in his pagellis proposui, ut aliquatenus innoteſcat, quid ab iſta methodo expectari queat. Certissima interim animo ſpes atque fiducia ſurgit, in Magno-Britannicis regionibus illam methodum ad ſummarum ascensuram eſſe perfectionem, quia ibidem res nautica omnium maximè floret, & singulari ſipientia cuncta reguntur.

Templi Salomonei, uti & Tabernaculi Mosaici ſtructura ita mihi, benedictente DEO, ſucceffit, ut imitatæ in parva figura materiali, effigies ædificiorum iſtorum in Sacris Scripturis celebratissimorum, ſine ullo ferè erroris metu vividiffimè oculis piorum ſpectatorum in Orphanotropheo Glauchenſi à me exhiberi potuerint, & nullus dubito, eodem favore divinô me fruiturum in propoñenda atque deducenda hâc præſente Methodô magneticâ.

Si itaque, VIRI ILLUSTRISSIMI, exiguarum meditationum mearum, quod submissâ animi veneratione ſpero, aliqualis conſideratio futura eſt, excitatuntur in literario orbe ingenia longè excellentiora, uſibus terræ Britannicæ certatim inſervitura. Germania quo-

que mea & aliæ nationes id animadver-
tent, lætabuntur & famâ perennaturâ
deprædicabunt, inventa utilia exter-
orum etiam, Magnæ Britanniæ curæ cor-
diue esse, & ab Ea labores omnes, Ejus
gratia promptè susceplos, serenô vultu &
animô considerari.

Sumnum autem, cui vota litamus,
Numen dirigat totum hoc negotium
magneticum in Ipsius æternam gloriam
& in multorum Oceanô iter facientium
salutem! Largiatur Benignissimus DEUS
illustriſſimis Vestrī consiliis successum
exoptatiſſimum, & ita augeat Magnæ
Britanniæ felicitatem, ut ea de perpetuo
Supremi Numinis favore & omnigena at-
que per cuncta secula perennatura pro-
speritate lætari queat! Id quod arden-
tiſſimis votis animitus exoptat

ILLUSTRISSIMI
SUMME REVERENDI, EXCEL-
LENTIſſIMI, ATQVE CONSUL-
TISSIMI VIRI,
GRATIOSIſſIMI DOMINI
SUMMARUM DIGNITATUM
VESTRARUM

humilis Cultor
M. C. Semler.
BRE-

BREVIS DESIGNATIO RERUM
CONTENTARUM

IN
PROPOSITA MSTA METHODO
INVENIENDÆ LONGITUDINIS
MARITIMÆ.

CAP. I.

Methodi Demonstratio.

SECTIO I.

Definitiones.

Longitudo loci est distantia loci à primo Meridiano.

Invenire Longitudinem est invenire gradum, quō locus, in quo versatur navis, distat à primo Meridiano.

Meridianus primus est, à quo reliquos Meridianos numerare incipimus.

Meridianus magneticus est, qui circulum maximum imitatus, per Zenith loci alicujus & polos magneticos transit.

Poli magnetici sunt duo extrema puncta axis magnetici, in quibus omnes radii & Meridiani magnetici uniuntur.

Æquator molis est, qui corpus magneticum in duas æquales partes quoad quantitatem molis dividit.

Æqua-

Aequator virtutis magneticæ est, qui corpus magneticum in duas partes quoad virtutem magneticam & quales dividit.

Paralleli magnetici sunt, qui ab Aequatore magneticō pro diversitate figuræ corporis magnetici diversimodè distant, in quorum unoquoque acus magnetica verticalis eundem ubique gradum magneticum ostendit.

Versorium magneticum horizontale est virgula chalybea, quæ Horizonti parallela in obelio suo liberè movetur. Appellatur quoque versorium declinatorium, Acus declinatoria, Acus horizontalis.

Versorium magneticum verticale est Acus magnetica, quæ axiculis Horizonti parallelis sustentata, circuitum verticalem habet.

Dicitur etiam versorium inclinatorium, Acus verticalis & inclinatoria.

*Autor quidam in re magnetica versatissimus, divinando certè, hanc Acum verticalem appellavit *Digitum DEI*, nihil quidem tunc temporis suspicatus de indicanda per eam longitudine maritimâ, id quod nostrum nunc est negotium.*

Acus verticalis septentrionalis est, quæ cuspidē boreali versūs Septentrionem directā gradus latitudinis ostendit.

Acus verticalis orientalis est, quæ cādem cuspidē versūs ortum directā gradus longitudinis indicat.

Decli-

Declinatio Acus magneticæ horizontalis est deflexio ejusdem à polo terrestri versùs ortum, aut versùs occasum.

Declinatio ad ortum dicitur Nordestatio, ad occasum Noroestatio.

Variatio declinationis est annua declinationis mutatio.

Globus magnetico-geographicus est globus artificialis terrestris, virtute magneticâ instrutus, qui polos, meridianos, æquatorem & parallelos terrestres pariter atque magneticos exhibit, & additâ acu horizontali gradus declinatorios, additâ verò acu verticali gradus inclinatorios ostendit, omniaque ferè phænomena magnetica Terræ vivide admodum repræsentat.

SECTIO II.

Propositiones.

Propositio I. In quocunque corpore magnetico polus virtutis & polus quantitatibus seu molis inter se differunt, in eo per acum verticalem Longitudo inveniri potest.

Experimentum. Sisto globum magnetico-geographicum, in quo polus virtutis magnetice à polo molis differt. Jam acum verticalem ei impono, quam cuspide boreali versus ortum dirigo. Circumduco eam secundùm ductum æquatoris terrestris, qui longitudinis norma est, & video, quod acus

acus verticalis magnetica successivè per-
means gradus inclinatorios 360. in circulo
suo indicet gradus longitudinis.

Experimenta. Exhibeantur corpora ejusmo-
di magnetica, quotquot volueris, rotunda,
quadrata, & variè angulata atque figurata.
In iis pari modo polus virtutis & molis di-
stinguatur. Id si factum fuerit, in uno-
quoque eorum longitudinis gradus alios at-
que alios acus verticalis circumducta indi-
cat. Tam universalis hæc est propositio,
ut nullum omnino detur corpus magneti-
cum, in quo, si differat polis virtutis &
molis, per acum verticalem ad ortum di-
rectam Longitudo non indicetur.

Consecutarium. Quoniam igitur in omnibus
omnino corporibus magneticis, in quibus
polus virtutis & molis differunt, acu ver-
ticali magnetica Longitudo pluribus atque
diversis indicis ostenditur: In Terra
vero, quod omnibus notissimum est, po-
lus terrestris seu molis à polo magnetico
differt: Ideo secundum leges magneticas,
in terra, tanquam corpore magneticō,
acu verticali magneticā, Longitudo inve-
niri omnino potest.

Corollarium. Agnoscamus Providentiam Di-
vinam, usibus humanis faventissimam, quæ
ob hanc eandem causam polum magneti-
cum & terrestrem inter se distare jussit, ut
errantia in oceano periculosissimo navigia,
in acu verticali habeant cynosuram, per
quam

quam in invio mari viam tutissimam sibi in-eundam inveniant.

Propositio II. Si in corpore magnetico polus magneticus à polo molis seu terrestri abest 45. gradus, eadem facilitate per acum verticalem & *Latitudo* & *Longitudo* inveniri potest: Si vero polus magneticus ultra 45. vel 50. gradus distat a polo molis, seu terrestri, tunc melius & facilius *Longitudo* quam *Latitudo* per acum verticalem inveniri potest.

Observatio: In mari Indico polus magneticus ultra 50. gradus distat à polo terrestri antarctico: *Experim. Consecularium 1. 2.*

Propositio III. Acus verticalis jamdum ipso facto in mari indicationibus plurimis atque diversis Longitudinem signavit.

Experimenta. E Portugallia ad Indos orientales iter mari fecit P. Franciscus Noël, Mathematicus insignis. In illo itinere observationes plures & Mathematicas & Physicas instituit, quas etiam postmodum Pragæ Anno 1710. typis publicis exprimi curavit. His autem observationibus suis inseruit experimenta plurima magnetica, quæ in ipso itinere per dimidiam ferè globi terraquei circumferentiam acū magneticā horizontali & præcipue verticali instituit, vim acuum atque mobilitatem & stupendam varietatem, uti ipse in præfatione loquitur, serio attendens. Nullus ad meas quidem pervenit, manus Autor, qui majori dexte-ritate,

ritate, sollicitudine, & pleniori numerō observations acu verticali magneticā in ipso Oceano factas tradiderit. Alii Autores paucissima & plerunque ab aliis relata referunt. Noël verò est ipse acuum diligenterissimus Observator, testis oculatus, Mathematicus, rei peritus, & fide dignissimus. Refert observationes habitas tantum historicè, & contentus eas recensuisse pag. 121. hæc tandem verba subjicit: *Quid ex his possit erui aut concludi, aliis relinquo examinandum & inquirendum, nihil tunc temporis cogitans de invenienda Longitudine per acum verticalem magneticam, quod quidem nostrum nunc est propositum.* Ex his ejus observationibus magneticis, quas pag. 123. seqq. ipse refert, & nos sèpissimè allegabimus, aliquantum nunc quidem, probationi nostræ propositionis præpriis inservientes, exhibemus:

In Longitudine

150. leucarum a littore
Brasiliæ in mari Aethiopico.
700. leucarum occidentaliter a C. B. Sp.
600. leucarum occidentaliter a C. B. Sp.

Verticalis acus cuspis borealis ascendit supra Horizontem

| gr. | min. |
|-----|------|
| 49. | o. |
| 67. | o. |
| 71. | o. |

In

In Longitudine

| | <i>Verticalis acis cuspis borealis ascendit super Horizontem</i> |
|---|--|
| 360. leucarum occid. a C. B. Sp. | gr. min. |
| 250. leuc. occidenta- liter a C. B. Sp. | 78. o. |
| In conspectu C. B. Sp. | 80. o. |
| 200. leucarum orien- taliter a C. B. Sp. | 82. o. |
| Sub Meridiano Capi- tis australioris Insu- læ Madagascar | 85. o. |
| In distantia orientali 600. circiter leuca- rum a C. B. Sp. | 89. o. |
| | 90. o. |

Consecrarium. Quoniam igitur in hoc itinere Navis progressa est secundum Longitudinem maris, & acus verticalis multis indicis diversis viam in hoc itinere distinxit atque signavit, facillimum cuivis est, inde concludere, acum verticalem magneticam indicare in mari Longitudinem.

Propositio IV. In parallelo maris eodem acus verticalis alios atque alios gradus indicat, & eo ipso diversa Longitudinis indica præbet. *Experimenta. Consecrarium.*

Propositio V. Dum navis in itinere maritimo unum gradum terrestrem emetitur, acus verticalis interea duos, tres & plures gradus in circulo suo gradum magneticorum pertransit. *Experimentum. Consecrarium.*

B Pro-

Propositio VI. Acus verticalis magnetica præbet multo plurima indicia Longitudinis in oceano toto navigabili.

Experimenta h̄ic recensentur instituta:

1. *In Mari Atlantico*, ad littus Ulyssiponense, ad Promontorium Cabo Verde, sub linea æquinoctiali.

2. *In Mari Æthiopico*, circa littora Brasiliæ, in distantia occidentali à Capite Bonæ Spei leucarum 250. 360. 600. 700. In conspectu Cap. B. Spei.

3. *In Mari Indico*, in distantia orientali leucarum 200. 350. 600. 800. 950. 1200. 1300. 1400. à Cap. B. Spei; ad Javam, ad Suminatram, ad Portum Baticalon in Insula Ceylon, ad littus urbis Cochim.

4. *In Americā occidentali*, in urbe Conceptionis, Coquimbo, & Ylo.

5. *In Mari pacifico* quoad Longitudinem à gradu 2. usque ad gr. 13. min. 2. ab urbe Callao, & quoad Latitudinem austr. à gr. 13. usque ad gr. 36.

Propositio VII. Si acus verticalis in duobus locis eosdem gradus ostendit, sit id in maximè à se dissitis duorum marium locis, & in diversa Latitudine. *Experimenta.*

Propositio VIII. Ubi acus verticalis dat pauciora indicia, ibi acus horizontalis dat eò plura. *Experimentum.*

Propositio IX. Ubi acus horizontalis dat pauciora indicia, ibi acus verticalis præbet eò plura. *Experimenta.*

Propo-

Propositio X. Si acus verticalis in itinere maritimo dirigitur in Ortum, tunc ea alios gradus ostendit, quam si dirigitur in Occasum. *Experimentum 1. 2. Consecutarium.*

Propositio XI. Sensu tenerrimō gaudet acus verticalis magnetica, ita, ut ea, si collectetur in meridiana terrae & deinde in meridiana magnetica, statim diversas indicationes praēbeat. *Experimentum.*

Propositio XII. Si successivē acus verticalis in Ortum, Meridiem, Occasum, & Septentrionem circumgyratur, tunc ea alios semper atque alios gradus inclinatorios ostendit, & ita unum eundemque locum marinum non unā, sed pluribus indicationibus signat & ab aliis oceanī locis distinguit. *Experimentum 1. 2.*

Propositio XIII. Non solum Longitudo maris sed etiam Latitudo ejus, per acum verticalē inveniri potest.

Experimenta. Quoad Latitudinem septentrionalē Fr. Noël sequentes acū verticalē habuit observationes:

In latitudine septentrionali

| gr. | min. |
|-----|------|
| 0. | 0. |
| 1. | 55. |
| 2. | 45. |
| 4. | 0. |

Cupis borealis acūs verticalis descendit infra Horizontem.

| gr. | min. |
|-----|------|
| 10. | 30. |
| 12. | 30. |
| 13. | 0. |
| 14. | 10. |

B 2

In

In latitudine septentrionali

gr. min.

5. 5.
8. 0.
9. 20.
13. 12.
14. 0.
18. 20.
38. 40.

Cuspis borealis acus verticalis descendit infra Horizontem.

gr. min.

16. 0.
19. 0.
21. 0.
24. 0.
25. 0.
29. 0.
48. 10.

*Quoad Latitudinem meridionalem
eadem Autori acus verticalis sequentia praebuit indicia:*

In latitudine meridionali

gr. min.
1. 30.
2. 46.
4. 15.
6. 30.

Descendit cuspis borealis acus verticalis infra Horizontem

gr. min.
8. 30.
5. 30.
3. 30.

ascendit acus supra Horizontem gr. 3°

7. 20.
8. 45.
10. 19.
12. 15.
14. 20.
15. 55.
17. 15.
18. 24.

5. 0.
11. 0.
28. 30.
34. 30.
42. 0.
49. 0.
51. 30.
53. 30.

In

In latitudine meridionali

gr. min.

20. 22.

22. 25.

24. 20.

25. 40.

27. 18.

28. 57.

30. 15.

31. 45.

32. 50.

33. 48.

34. 50.

35. 10.

35. 40.

36. 40.

Ascendit cuspis borealis acus verticalis supra Horizontem.

gr. min.

56. 0.

58. 30.

64. 0.

67. 0.

71. 0.

74. 30.

76. 0.

78. 0.

79. 0.

80. 0.

81. 30.

82. 0.

83. 0.

85. 0.

Corollarium. Hoc beneficium acus verticalis quoad inventionem Latitudinis magni quoque estimandum est. Nam licet interdiu ex altitudine solis & noctu è luna & stellis Latitudo loci alias dignosci possit, saepe tamen contingit, ut sidera illa lateant, adeoque indicia ex illis desumpta deficiant. En tibi verò indicem Latitudinis perpetuum & fidelissimum acum hanc verticalem,

B 3

quæ

qua: obvelatō nubibus cœlō & occultatō
solis atque stellarum splendore, distantiam
navis ab æquatore, exerto quasi digitō
ostendat.

CAPUT II.
Methodi Praxis & Ap-
plicatio.

Problema I. Acum verticalem magneticam
construere.

Problema II. Instrumentum magne^{tico}-nau-
ticum fabricare, quō unusquisque in mari
locus signari & ab aliis locis maritimis dis-
cerni potest.

Problema III. Instrumentō hōc magne^{tico}-
nauticō uti, & eō quemvis in mari locum
signare.

Problema IV. Tradere methodum invenien-
dæ Longitudinis per hoc Instrumentum
magne^{tico}-nauticum in mari Atlantico.

Problema V. Idem efficere in mari Æthio-
pico.

Problema VI. Idem præstare in mari Indico.

Problema VII. Idem tentare eōdem instru-
mentō in mari pacifico.

Problema VIII. Post procellas invenire, quan-
tum & quorsum à via sua navis aliqua dimo-
ta sit.

Problema IX. Tradere Methodum adornandi
Mappas hydrographico-magneticas, in qua
omnes

omnes ferè hactenus institutæ observationes acu verticali & horizontali, sub unum conspectum revocantur, & uni oculorum intuitui collectim repræsentantur.

Problema X. Per Mappas has hydrographico-magneticas & Latitudinem & Longitudinem loci adhibitò simul Instrumentò magnetico-nauticò invenire, in quo navis tunc temporis versatur.

Problema XI. Augere numerum indiciorum magneticorum in unoquoque loco maritimo.

Problema XII. Omni conatu anni, ut Acus verticales cunctæ ad æqualitatem reducantur.

Problema XIII. Obelum quemvis, cui acus horizontalis incumbit, modò conventissimò construere.

Problema XIV. Si duæ acus horizontales in eodem loco dissentiant in indicatione graduum, causam illius dissensus indagare.

Problema XV. Acus chalybeas quām efficacissimè animare virtute magneticā.

Problema XVI. Acus magneticas titubantes citò & tutò ad quietem reducere.

Problema XVII. Construere Instrumentum, quō virtus magnetica cuiuslibet acūs magneticae explorari potest.

Problema XVIII. Construere Instrumentum, quō virtus Magnetis cujusque indagari potest.

Problema XIX. Acum verticalem decenter ad plagas mundi dirigere.

Problema XX. Construere Instrumentum, quō futuræ declinationes acūs magneticæ probabilit̄ p̄fagire licet.

Problema XXI. Acum horizontalem exiguum longissimæ æquipollentem exhibere & non solum gradus, sed etiam minuta prima & secunda distinctè ostendentem p̄fistare.

Problema XXII. Acum quoque verticalem exiguum longissimè æquipollentem exhibere.

Problema XXIII. Observationes magneticas methodo rei nauticæ utilissimâ imposterum instituere.

Resolutio.

1. Fiant experimenta acu verticali in locis diversis & à se maximè dissitis, sed ex compromissō & eodem anno, die, horâ, eodem observandi modō, & acu ab eodem artifice, eādem figurâ, pondere, longitudine, crastitudine &c. fabricatâ.
2. Primitus in Insulis & terra firma instituantur acu verticali observationes magneticæ. In Anglia, Gallia, Hollandia, Portugallia, &c. Insulis Canariis, Ascensionis, Helenæ, ad littus Brasiliæ, Africæ, in Insula Madagascari, Summatra, Ceilon, ad littus Indicum, in America quoque Septentrionali & Meridionali. Nam si primitus acūs verticalis magneticæ indicia in his locis certissima habentur, tunc per analogiam magne-

magneticam, quæ suas leges invariatas habet, conclusiones aliæ plurimæ utilissimæ & certissimæ inde elici poterunt.

3. Una præcipuè via navium in mappis hydrographicis - magneticis signanda & observationibus quotidianis magneticis quasi munienda atque sollicitè signanda est, quæ norma sit itineris, ita ut statim ex intuitu acuum horizontalium & præcipuè verticalium nautis innotescat, quantum in via sua navis progressa fuerit, & num ea vel dextrorum vel sinistrorum à via deflexerit.
4. Nulla navis committatur oceano, quæ non acu verticali magneticâ instructa sit, & horizontalem, methodo indicatâ, longissimæ æquipollentem, habeat.
5. Acus magneticæ omnes ab omni omnino aëris externi aditu sollicitâ curâ præserventur, id quod variis modis obtineri poterit. Nam rubigo ex aëre humido orta præcipuè verticalibus acubus maximè damnosa est, quia alterutri cuspidi adhærens pondus æquale earum immutat, & observationes incertas reddit.
6. Ad obtinendas observationes magneticas accuratissimas multùm conducet, si in omnibus navibus aliæ acus magneticæ non sint, nisi ad stateram publicam examinatae, ab uno artifice fabricatae, & auctoritate publicâ comprobatae.
7. In unamquamque acum peculiaris tabula observationum erigatur, quæ semel accurate

ratè designata perpetuam imposterum utilitatem præstabit.

8. In acu verticali axicularum aliqua ad sustentacula sua datur affrictio. Si enim in itinere maritimo in aliquo loco gradus magnetici in tabula designati sint, & rediens acus in eodem loco non eosdem gradus magneticos iterum indicet, hæc affrictio in causa est, cui remedia querenda sunt.
9. Primitus nulla obtinendorum plurium indiciorum magneticorum occasio prætermittenda est. Ideoque omnia acuum horizontalium & verticalium genera adhibenda sunt. Præsto sit observatori acus verticalis directa perpetuò in Septentrionem & alia verticalis semper directa in ortum; Præterea in promptu sit acus horizontalis totalis, haec tenus usitata, & partialis, quæ cuspidé tantum boreâ constet, & alia, quæ cuspidé tantum austriñâ, demtâ boreâ gaudeat. Ipsa verò experientia utile ab utili, & necessarium à minùs necessario discernet.
10. Quotiescunque observatio aliqua magnetica ad finem perducta & consummata est, supponatur acui magnetice horizontali robustissimus lapis magneticus ut virtus acus magnetica ita in perpetuo vigore conservetur atque nutriatur. Acui verò verticali applicetur & apponatur magnes ad illius latus, ita, ut ab eo situ, in quo acus conspicitur esse, non multùm dimoveatur.

ii. Si

11. Si acus aliqua verticalis non adeo justè æquibrata fuerit, vividè tamen animata sit, tunc ea in eodem loco eundem gradum magneticum iterum ostendet. Nam vis magneticæ terræ in eodem loco semper eadem est, excepta annuâ illa variatione, quæ, quia innotuit, nullam incertitudinem aut confusionem causari poterit.
12. Si constituantur, qui rem tantæ utilitatis & necessitatis sibi demandatam curâ maximè sollicitâ respiciant, & perficiendo huic negotio invigilent, intra spatiua paucorum annorum finis exoptatissimus obtinebitur.
13. Si quoque naucleri observationes suas magneticas, itinere longinquô peractô, iis, quibus ejus rei cura concredita est, tradant, tandem universalissimæ inde tabulæ observationum magneticarum extrui poterunt & typis publicis inprimi, omnium usibus inservituræ.
14. Septem circiter annis unô gradu declinatio variare solet. Ideoque septimô quovis anno observationes novæ declinationum acu horizontali, & inclinationum acu verticali, instituantur. Ita intra decursum annorum non adèò multorum omnia demum ad summam in magnetico hoc negotio certitudinem, atque perfectionem felicissimè perducentur.

CAP.

CAP. III.

Deductio Methodi ex causis & circumstantiis magneticis.

SECT. I.

DE

Causis declinationis magneticæ.

Propositio I. Acus horizontalis ubique terrarum cuspide boreali regionem septentrionalem respicit. *Experimentum i. 2.* *Causa phænomeni.*

Propositio II. Dum septentrionalem plagam acus magnetica semper respicit, aliquatenus tamen ea à polo boreali in locis plurimis terræ, declinare obtervatur. *Experimentum.* *Causa phænomeni.*

Propositio III. In quibusdam locis acus declinat ad ortum, in quibusdam ad occasum. *Causa phænomeni.*

Propositio IV. In quibusdam locis terræ acus magnetica est fixa seu directè respiciens polum terræ septentrionalem. *Experimentum.* *Ratio.*

Propositio V. Per acūs horizontalis situm semper aliquis Meridianus magneticus & per acūs verticalis inclinationem semper aliquis Parallelus magneticus indicatur. *Experimentum.* *Corollarium i. 2.*

Pro-

Propositio VI. In Mappa geographica universali apparent multi circuli, nimirum, Meridiani, Æquator & Paralleli, qui a Geographis facti sunt, ut eò facilior sit telluris in suas regiones distributio; In ipsa terra enim nusquam ejusmodi linea atque circuli inveniuntur. Idem verò circuli Magnetici realiter insunt, & revera in illo lapide reperiuntur. *Experimentum.*

Propositio VII. In eodem Meridiano terræ acus declinatio h̄ic major, alibi minor est. *Experimentum. Causa Phænomeni. Experimentum 1. 2.*

Propositio VIII. In eodem Meridiano terræ acus magnetica in hemisphærio boreali declinat ad occasum, in australi declinat ad ortum. *Experimentum 1. 2. Ratio.*

Propositio IX. Meridiani terrestres & Meridiani magnetici inter se differunt. *Experimentum. Ratio.*

Propositio X. Horizontalis acus magnetica nunquam absolvere totum circulum graduum conspicitur. *Ratio.*

Propositio XI. Acus magnetica circa Magnetem ducta in eodem loco eundem semper gradum magneticum ostendit. *Experimentum. Ratio.*

Propositio XII. In terræ quibusdam locis acus magnetica conspicitur tremebunda, instabilis, & nescia, quo se vertat. *Experimentum. Ratio.*

Propositio XIII. Navigantibus quibusdam versus polum terrestrem borealem visa est cuspis

cuspis borealis acūs se vertere versūs meridiem, cum aliās Septentrionem respicere soleat. *Ratio.*

Propositio XIV. Appropinquans polo acus perdit æquilibrium & cuspide alterutrā versūs terram aliquatenus deprimitur. *Ratio.*
Experimentum. Consecrarium.

Propositio XV. Acus totalis, cuspis sola borealis & cuspis sola australis demitā acūs alterā parte, in eodem loco globi geographico-magnetici diversa præbent indicia.
Experimentum. Ratio. Experimentum.

Propositio XVI. In ipsa terra acus magnetica horizontalis ferè nunquam polum magneticum directè intuetur. *Experimentum. Observatio. Consecrarium.*

Propositio XVII. Ad Magnetem acus magnetica se habet ut rota dentata ad rotam dentatam. *Experimentum.*

Propositio XVIII. In extremis terris borealibus circa polum arcticum observationes magneticæ raræ sunt, sed magni æstimandæ ob vicinorem poli magnetici præsentiam. *Experimenta.*

Propositio XIX. In mari pacifico institutæ observationes etiam rarissimæ sunt. Quæ ibidem factæ ad nostras pervenere manus hæc inseruntur, futuris usibus inseritura. *Experimenta. Consecrarium.*

Propositio XX. Observationes magneticas secundum seriem & numerum successivum
gra-

graduum declinatorum disponere, non
inutilis rei magneticæ opera est.

Experimentum. Declinationes ad ortum se-
paratim omnes posui, sicut & illas, quæ ad
occasum divertunt, etiam in unum fasci-
culum colligavi, ita tamen, ut in utraque
classe non solum annus, sed etiam nume-
rus graduum declinatoriorum successivus si-
mul observatus fuerit sequenti modo atque
methodo:

I. AD ORTUM *declinavit acus magnetica.*

| | |
|--------|---|
| o. o. | Viennæ, 1638. |
| - - | In Cap. das Agulhas, 1642. |
| - - | Noribergæ, 1660. |
| - - | Parisiis, 1666. |
| - - | In Insula Summatra, 1706. |
| - - | In Insula Helenæ, 1675. |
| - - | In urbe Xinyam in China sub latit. 41.5' 1682. |
| 1. gr. | In terra van Djiernens, 1642. |
| - - | Hafniæ, 1649. |
| - - | Parisiis, 1660. |
| - - | Londini, 1666. |
| 2. gr. | In C. das Agulhas, 1622. |
| 3. gr. | Parisiis, 1640. |
| 4. gr. | Parisiis, 1630. |
| - - | Londini, 1633. |
| - - | In C. B. Sp. 1639. |
| 5. gr. | Ferraræ, 1629. |

In

| | |
|---------|--|
| 5. gr. | In Promont. S. Augustini in Brasilia, 1670. |
| 6. gr. | Londini, 1622. |
| - - | In Ins. Roterdam, 1642. |
| 7. gr. | Ad San-Galland in America occiden- tali, 1707. |
| 8. gr. | Dantisci, 1596. |
| - - | Ad nouam Guineam, 1643. |
| - - | Baldiviae in America meridionali, 1670. |
| - - | Prope Valparez in America merid., 1707. |
| 9. gr. | In Nova Seelandia, 1642. |
| 10. gr. | Noribergæ, 1536. |
| - - | Non procul ab urbe Conceptionis in America meridionali, 1707. |
| 11. gr. | Londini, 1580. |
| - - | Ad portum urbis Bahiæ, metropolis Brasiliæ, 1708. |
| 12. gr. | In Promont. Frio in Brasilia, 1670. |
| - - | In Insula Cayenne, 1677. |
| 13. gr. | Noribergæ, 1614. |
| - - | Ad Insulam Ascensionis, 1640. |
| 14. gr. | Ad occidentalem ingressum freti Ma- gellanici, 1670. |
| 17. gr. | In urbe Isphahan in Persia, 1636. |
| - - | Ad orientalem ingressum freti Magel- lanici, 1670. |
| 20. gr. | In R. Plata in America merid. 1670. |
| - - | Ad Ins. Hermitam in Amer. mer. 1700. |
| 22. gr. | In Insula Brandaou, sita sub 90. gr. longitud. 1596. |

23. gr.

23. gr. Ad Ins. Sebald in America merid.
Latitud. 51. gr. 1683.

II. AD OCCASUM
declinavit acus magnetica

- | | |
|--------|--|
| 1. gr. | Dantisci, 1628. |
| - - | Montis pessulanii, gr. 1. m. 10. 1674. |
| - - | Brestiæ in Gallia, gr. 1. m. 45. 1680. |
| - - | Bajonnæ in Hispania, gr. 1. m. 20. 1680. |
| - - | Ad Ins. Ascensionis. 1705. |
| - - | Ad Promont. Viride seu Cabo Verde, 1706. |
| 2. gr. | Romæ 1670. |
| - - | Londini, 1672. |
| - - | Uraniburgi, gr. 2. m. 30. 1681. |
| - - | Parisiis, gr. 2. m. 30. 1681. |
| - - | Ferrariæ. 1684. |
| - - | Ad conspectum Conchinchinæ, 1705. |
| 3. gr. | Dantisci. 1642. |
| - - | Regiomonti. 1642. |
| - - | In Ins. Java 1676. |
| - - | Ulyssiponi. 1683. |
| 4. gr. | Ad Ins. Andeman & Nicobar. 1700. |
| - - | Brixiae. 1682. |
| - - | Londini, gr. 4. m. 30. 1683. |
| - - | Ad Ins. Corvo & Florum, gr. 4. m. 30. 1705. |
| 5. gr. | Noribergæ, gr. 5. m. 5. 1679. |
| - - | Romæ. 1681. |
| - - | Brixiae. gr. 5. m. 30. 1692. |
| - - | Ad Ins. Corvo & Florum, 1700. |
| - - | Ad littus Cormandeliense. 1700. |

C

5. gr.

5. gr. Ad portum Ins. Ceylon, dictum Bat-
ticalon, 1706.
6. gr. Grenovici in Anglia 1689.
- - Noribergæ. gr. 6. m. 30. 1691.
- - In Insula Ceylon. 1700.
- - In littore Malabariæ, gr. 6. m. 30. 1704.
- - Ad littus urbis Goæ. 1706.
- - Ulyssiponi. 1706.
7. gr. Ad C. B. Sp. 1667.
- - Dantisci. 1670.
- - Torni in Lapponia. 1694.
- - Parisiis, gr. 7. m. 8. 1696.
- - In Capite Comorini gr. 7. m. 30. 1704.
8. gr. Upsaliæ in Suecia. 1694.
- - Noribergæ. 1695.
- - Parisiis gr. 8. m. 48. 1700.
- - In littore Malabariæ. 1700.
9. gr. Ad Cabo das Agulhas. 1675.
- - Budæ in Hungaria, gr. 9. m. 45. 1696.
- - Noribergæ. 1697.
- - Bajæ. gr. 9. m. 45. 1696.
- - Agriæ. gr. 9. m. 35. 1705.
- - Ad littus urbis Cochim in India, 1706.
10. gr. Segedini in Hungaria. 1696.
- - Noribergæ. 1700.
- - Halæ, 1707.
- - Parisiis. gr. 10. m. 15. 1708.
- II. gr. Viennæ. gr. II. m. 15. 1696.
- - Noribergæ. 1707.
12. gr. Ad C. B. Sp. 1702.
- - Noribergæ. 1714.
13. gr. Ad C. dos Agulhas. 1702.

13. gr.

13. gr. Ad C. B. Sp. gr. 13. m. 40. 1706.
 14. gr. Ad C. B. Sp. 1708.
 15. gr. Adeni in ostio maris rubri. 1674.
 16. gr. In Ins. Mombasa. 1675.
 - - Ad Ins. Diego Rodrique 1705.
 17. gr. In Ins. Zocatra. 1675.
 18. gr. In freto Mozambico. 1682.
 19. gr. In Ins. S. Johann, gr. longitud. 64. 1675.
 20. gr. In terra Diego Roiz. 1676.
 21. gr. In Promont. S. Augustini insulæ Ma-
dagascar, 1700.
 - - Ad ins. Mauritii. 1705.
 22. gr. In freto Mozambico. 1704.
 23. gr. In insula S. Pauli. 1677.

Propositio XXI. Differentia Declinationis,
quæ in duobus locis in iisdem annis con-
cudit, attendi meretur. *Experimenta.*

SECTIO II.

De Causis annuæ variationis in de- clinatione magnetica.

Propositio I. Universaliter in tota terra va-
riatio declinationis magneticæ observatur.

Experimenta hic recententur diversis an-
nis facta Londini, Parisiis, Noribergæ,
Akersloti, Dantisci, ad Cap. B. Spei,
Ulyssiponi, in C. das Agulhas, Hafniæ,
Romæ, Ferraræ, Viennæ, In freto Davis,
In C. St. Augustini, In C. Frio, in freto
Mozambico, in Ins. Madagascar, Diego
Roiz, Ceylon, in Ins. Zocatra, Goa, in
littore Malabariæ, in Ins. Java, Timor, in

Nova Guinea, in C, Comorino, in Ins. St. Helena.

Propositio II. In quibusdam locis terræ olim declinatio acūs fuit ad ortum, in quibus nunc est ad occasum. *Experimentum 1. 2. 3.
4. 5. Ratio.*

Propositio III. In uno loco variatio declinationis in iisdem annis major, in altero minor est. *Ratio. Experimenta.*

Propositio IV. Quò major est alicujus loci latitudo meridionalis, eò major etiam in illo est variatio declinationis. *Observatio.
Ratio.*

Propositio V. Variatio declinationis eodem spatiō temporis in his locis crevit, in aliis verò interea decrevit.

Experimenta hīc referuntur facta (1) in locis, ubi crevit, (2) in locis, ubi decrevit.

Propositio VI. Declinatio Acūs magneticæ novem vel decem minutis circiter, annuatim variat. *Experimenta. Corollarium.*

Propositio VII. In quibusdam locis, ab hac communi variatione diversitas aliqua in augmentis variationis observata est. *Experimenta.*

Propositio VIII. In paucissimis quibusdam locis intra multos annos ferè nulla variatio declinationis observata est. *Experimentum.
Ratio.*

Propositio IX. Intra centum annos in quibusdam locis nulla observata est variatio declinationis. *Experimentum. Ratio.*

Pro-

Propositio X. Si acus horizontalis extremum Declinationis gradum sive versus ortum si-
ve versus occasum attigit, tunc fit statio-
naria & incipit retrogredi. *Experimentum.*
i. 2. *Causa phænomeni.*

Propositio XI. Quæ declinatio est in loco ma-
gis ad orientem sito, ea futura est impo-
sterum in loco magis ad occidentem sito.
Experimentum.

Propositio XII. Quot gradibus variatio decli-
nationis in hoc vel illo numero annorum
facta fuerit, adverti omnino meretur.

Experimentum. Ex plurimorum Autorum
observationibus magneticis inter se com-
paratis sequentes variationes annotavi:

| Intra annos | variavit declinatio gr. min. | |
|-------------|---------------------------------|--|
| 2. | 0. 20. | in Cap. B. Sp. ab anno 1706 - 1708. |
| 4. | 0. 50. | Ibidem. 1702 - 1706. |
| 10. | 4. 15. | In C. S. Augustini in Ame- rica Merid. 1640 - 1650. |
| 11. | 2. 0. | Londini. 1672 - 1683. |
| 12. | 2. 5. | - - 1622 - 1634. |
| 15. | 2. 30. | Parisiis 1666 - 1681. |
| - | 2. 24. | Ulyssiponi 1668 - 1683. |
| 22. | 3. 0. | In C. B. Sp. 1682 - 1704. |
| 23. | 5. 5. | Hafniæ 1649 - 1672. |
| 25. | 5. 0. | Noribergæ. 1660 - 1685. |
| - | 3. 30. | Ulyssiponi. 1681 - 1706. |

| <i>intra annos</i> | <i>variavit declinatio gr. min.</i> | |
|------------------------|---|---|
| 26. | 3. 0. | Parisiis. 1640 - 1666. |
| 27. | 4. 30. | In C. das Agulhas, 1675-1702. |
| 30. | 5. 45. | In C. St. Augustini in Amer. Merid. 1640 - 1670. |
| - | 6. 35. | Hafniæ 1649 - 1679. |
| 38. | 6. 35. | Londini 1634 - 1672. |
| - | 5. 44. | Ulyssiponi 1668 - 1706. |
| 41. | 5. 30. | Parisiis 1640 - 1681. |
| - | 6. 45. | In C. B. Sp. 1667 - 1708. |
| 42. | 4. 45. | Londini 1580 - 1622. |
| 46. | 13. 0. | Noribergæ 1614, 1660. |
| 52. | 13. 30. | In C. das Agulhas. 1650-1702. |
| 58. | 13. 0. | Noribergæ 1660 - 1718. |
| - | 11. 15. | Viennæ 1638 - 1696. |
| 66. | 15. 0. | Goæ. 1640 - 1706. |
| 69. | 18. 0. | In C. B. Sp. 1639 - 1708. |
| 72. | 13. 8. | Parisiis 1630 - 1702. |
| 79. | 15. 30. | Dantisci 1600 - 1679. |
| 103. | 15. 0. | Londini 1580 - 1683. |
| 104. | 26. 0. | Noribergæ 1614 - 1718. |

Propositio XIII. Magnetes in metallifodimis
Acūs magneticæ directionem in terra non
causantur. *Ratio.*

Propositio XIV. Causæ variationis annuæ ma-
gneticæ non sunt, uti aliqui statuerunt, in-
ternæ alterationes & concussions in ipsa
terra factæ. *Ratio.*

Propositio XV. In uno eodemque loco diffe-
rentia

rentia variationis in declinatione his annis major, aliis annis minor contigit. *Experimenta.*

Propositio XVI. Tentandum est, annon hiatus omnium deficientium annorum, quoad observationes magneticas, ex analogia magnetica compleri queant.

Experimentum. Anno 1580. Londini declinavit acus magnetica grad 11. 15. orient. Anno 1622. gr. 6. or. Anno 1633. gr. 4. m. 5. or. Anno 1666. gr. 1. m. 27. occ. Anno 1683. gr. 4. m. 30. oc. Hiatus istos deficientium annorum ita completere licebit:

| <i>Annus.</i> | <i>Declinatio.</i> | <i>Annus.</i> | <i>Declinatio.</i> |
|---|--------------------|---------------|--------------------|
| | gr. min. | | gr. min. |
| 1580. | 11. 15. or.* | 1592. | 12. 0. - |
| 1581. | 11. 30. - | 1593. | 11. 48. or. |
| 1582. | 11. 45. - | 1594. | 11. 36. - |
| 1583. | 12. 0. or. | 1595. | 11. 24. - |
| 1584. | 12. 15. - | 1596. | 11. 12. - |
| 1585. | 12. 30. - | 1597. | 11. 0. or. |
| 1586. | 12. 45. - | 1598. | 48. 0. - |
| 1587. | 13. 0. - | 1599. | 10. 36. - |
| Hic remeare incipit acus decrescentibus gradibus & minutis magneticæ declina- tionis. | | 1600. | 10. 24. - |
| 1588. | 12. 48. or. | 1601. | 10. 12. - |
| 1589. | 12. 36. - | 1602. | 10. 0. or. |
| 1590. | 12. 24. - | 1603. | 9. 48. - |
| 1591. | 12. 12. - | 1604. | 9. 36. - |
| | | 1605. | 9. 24. - |
| | | 1606. | 9. 12. - |
| | | 1607. | 9. 0. or. |
| | | 1608. | 8. 48. - |
| | | | <i>Annus</i> |

| <i>Annas.</i> | <i>Declinatio.</i> | | <i>Annus.</i> | <i>Declinatio.</i> | | | |
|---------------|--------------------|---------|---------------|--------------------|---------------------------|-----|-----|
| | gr. | m. | | gr. min. | | | |
| 1609. | 8. | 36. | - | 1640. | 2. | 50. | - |
| 1610. | 8. | 24. | - | 1641. | 2. | 40. | - |
| 1611. | 8. | 12. | - | 1642. | 2. | 30. | - |
| 1612. | 8. | 0. | or. | 1643. | 2. | 20. | - |
| 1613. | 7. | 48. | - | 1644. | 2. | 10. | - |
| 1614. | 7. | 36. | - | 1645. | 2. | 0. | or. |
| 1615. | 7. | 24. | - | 1646. | 1. | 50. | - |
| 1616. | 7. | 12. | - | 1647. | 1. | 40. | - |
| 1617. | 7. | 0. | or. | 1648. | 1. | 30. | - |
| 1618. | 6. | 48. | - | 1649. | 1. | 20. | or. |
| 1619. | 6. | 36. | - | 1650. | 1. | 10. | - |
| 1620. | 6. | 24. | - | 1651. | 1. | 0. | or. |
| 1622. | 6. | 0. | or.* | 1652. | 0. | 50. | - |
| 1623. | 5. | 48. | - | 1653. | 0. | 40. | - |
| 1624. | 5. | 36. | - | 1654. | 0. | 30. | - |
| 1625. | 5. | 24. | - | 1655. | 0. | 20. | - |
| 1626. | 5. | 12. | - | 1656. | 0. | 10. | or. |
| 1627. | 5. | 0. | or. | 1657. | 0. | 0. | - |
| 1628. | 4. | 50. | - | | Nunc acus meridia- | | |
| 1629. | 4. | 40. | - | | nam magneticam at- | | |
| 1630. | 4. | 30. | - | | tingens, finitam declina- | | |
| 1631. | 4. | 20. | - | | tione orientali, occi- | | |
| 1632. | 4. | 10. | - | | dentaliter declinare | | |
| 1633. | 4. | 5. or.* | - | | incipit. | | |
| 1634. | 3. | 50. | - | | | | |
| 1635. | 3. | 40. | - | 1658. | 0. | 10. | oc. |
| 1636. | 3. | 30. | - | 1659. | 0. | 20. | - |
| 1637. | 3. | 20. | - | 1660. | 0. | 30. | - |
| 1638. | 3. | 10. | - | 1661. | 0. | 40. | - |
| 1639. | 3. | 0. | or. | 1662. | 0. | 50. | - |

Annus

| <i>Annus.</i> | <i>Declinatio.</i> | <i>Annus.</i> | <i>Declinatio.</i> |
|---------------|--------------------|---------------|--------------------|
| gr. | min. | gr. | min. |
| 1663. | 1. 0. OC. | 1674. | 2. 50. - |
| 1664. | 1. 10. - | 1675. | 3. 0. OC. |
| 1665. | 1. 20. - | 1676. | 3. 10. - |
| 1666. | 1. 27. OC.* | 1677. | 3. 20. - |
| 1667. | 1. 40. - | 1678. | 3. 30. - |
| 1668. | 1. 50. - | 1679. | 3. 40. - |
| 1669. | 2. 0. OC. | 1680. | 3. 50. - |
| 1670. | 2. 10. - | 1681. | 4. 0. OC. |
| 1671. | 2. 20. - | 1682. | 4. 15. OC. |
| 1672. | 2. 30. OC.* | 1683. | 4. 30. OC.* |
| 1673. | 2. 40. - | | |

Experimentum. Dantisci declinavit Acus magnetica Anno 1600. gr. 8. min. 30. or.
 Anno 1628. gr. 1. min. 0. occ. Anno 1642. gr.
 3. min. 5. occ. Anno 1670. gr. 7. min. 20. occ.
 Hiatus autem istorum annorum conjecturâ
 non improbabili ita compleri poterunt:

| <i>Annus</i> | <i>Declinatio.</i> | <i>Annus</i> | <i>Declinatio.</i> |
|--------------|--------------------|--------------|--------------------|
| gr. | min. | gr. | min. |
| 1600. | 8. 30. or.* | 1609. | 5. 0. or. |
| 1601. | 7. 50. or. | 1610. | 0. 40. or. |
| 1602. | 7. 20. or. | 1611. | 4. 20. or. |
| 1603. | 7. 0. or. | 1612. | 4. 0. or. |
| 1604. | 6. 40. or. | 1613. | 3. 40. or. |
| 1605. | 6. 20. or. | 1614. | 3. 20. or. |
| 1606. | 6. 0. or. | 1615. | 3. 0. or. |
| 1607. | 5. 40. or. | 1616. | 2. 40. or. |
| 1608. | 5. 20. or. | 1617. | 2. 20. or. |

C f

Annus

| <i>Annus.</i> | <i>Declinatio.</i> | <i>Annus.</i> | <i>Declinatio.</i> |
|---------------|--------------------|---------------|--------------------|
| | gr. min. | | gr. min. |
| 1618. | 2. 0. OR. | 1645. | 3. 32. OCC. |
| 1619. | 1. 40. OR. | 1646. | 3. 41. OCC. |
| 1620. | 1. 20. OR. | 1647. | 3. 50. OCC. |
| 1621. | 1. 0. OR. | 1648. | 3. 59. OCC. |
| 1622. | 0. 40. OR. | 1649. | 4. 8. OCC. |
| 1623. | 0. 20. OR. | 1650. | 4. 17. OCC. |
| 1624. | 0. 0. - | 1651. | 4. 25. OCC. |
| 1625. | 0. 15. OC. | 1652. | 4. 34. OCC. |
| 1626. | 0. 30. OC. | 1653. | 4. 45. OCC. |
| 1627. | 0. 45. OC. | 1654. | 4. 56. OCC. |
| 1628. | 1. 0. OCC.* | 1655. | 5. 5. OCC. |
| 1629. | 1. 9. OCC. | 1656. | 5. 13. OCC. |
| 1630. | 1. 18. OCC. | 1657. | 5. 21. OCC. |
| 1631. | 1. 26. OCC. | 1658. | 5. 30. - |
| 1632. | 1. 33. OCC. | 1659. | 5. 40. - |
| 1633. | 1. 42. OCC. | 1660. | 5. 50. - |
| 1634. | 1. 51. OCC. | 1661. | 6. 0. - |
| 1635. | 2. 0. OCC. | 1662. | 6. 8. - |
| 1636. | 2. 9. OCC. | 1663. | 6. 17. OC. |
| 1637. | 2. 18. OCC. | 1664. | 6. 25. - |
| 1638. | 2. 27. OCC. | 1665. | 6. 33. - |
| 1639. | 2. 36. OCC. | 1666. | 6. 42. - |
| 1640. | 2. 48. OCC. | 1667. | 6. 51. - |
| 1641. | 2. 55. OCC. | 1668. | 7. 0. - |
| 1642. | 3. 5. OCC.* | 1669. | 7. 10. - |
| 1643. | 3. 14. OCC. | 1670. | 7. 20. OC.* |
| 1644. | 3. 23. OCC. | | |

Corollarium. Hac methodo aliquot tantum
observationes magneticæ in uno loco factæ
ansam

ansam nobis præbere queunt aliqualiter
complendi hiatus deficientium annorum. Ita
quoque allaboravi observationes, in C. S.
Augustini, C. Frio, Freto Magellanico, C.
B. Spei, C. das Agulhas, Ins. Madagascar,
pariter etiam in urbe Hæfniensi, Ulyssipo-
nensi, & Parisiensi factas, itidem supplere. Sed
quia nemini difficultis est ille labor, easdem
hæc addere non necessarium esse duxi.
Omnibus tamen numeris absolutas compu-
tationes in tantis annorum præteriorum
tenebris, & in exiguo illo observationum
numero præstare, férme supra vires inge-
nii humani esse videtur.

Propositio XVII. Unicuique observationi ma-
neticæ non solum locus, sed etiam annus,
in quo facta est observatio, sollicitâ curâ
adjiciendus est.

Experimentum. Kircherus & Ricciolus obser-
vationes declinationum multò plurimas colle-
gerunt, sed longè utilior opera hæc eorum
rei magneticæ futura fuisset, si annus obser-
vationis ab iisdem ubique simul additus esset.
Aliquot centum observationes magneticas
magnò studiō conquisivi, sed impensè do-
leo, quod annus, quo institutæ sunt, iis ut plu-
rimum abest & damnosè deficit. Omni ferè
utilitate caret observatio magnetica, si annus
abest, in quo ea instituta est, & nullus du-
bito, quin Theoria magnetica parum ab-
futura sit à perfectione sua, si unicus hic
defectus id non impedivisset. Nam tot
expe-

experimenta, quæ per totum ferè globum terraqueum habentur, indelem acūs magneticæ omnino multò apertiùs manifestatura erant.

Experimentum. Ea tamen, quæ in evolutio-ne Autorum mihi obviam facta sunt exper-imenta, annum observationis simul indi-cantia, hic addam, quæ plures meditatio-nes magneticas hic allatas mihi subministrā-runt. Fortasse fiet, ut alii, me ingenio-siores, conclusiones & plures & utiliores inde eliciant.

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio.</i> |
|---------------|---|--------------------|
| 1536. | Noribergæ. | gr. min. |
| 1540. | - | 10. 15. or. |
| 1580. | Londini. | 10. 15. or. |
| 1596. | In Insula Brandou , sita subj. 90. gr. long. | 11. 15. or. |
| - | Dantisci. | 22. 30. or. |
| 1600. | - | 8. 30. or. |
| 1614. | Noribergæ. | 8. 30. or. |
| 1616. | In sinu Baffini ad fretum Thomæ Smithii. | 13. 0. or. |
| 1622. | Londini. | 57. 0. or. |
| - | In Capite das Agulhas. | 6. 13. or. |
| 1628. | Dantisci. | 2. 0. or. |
| 1629. | Ferrariæ. | 1. 0. occ. |
| 1630. | Parisiis. | 5. 50. or. |
| 1633. | Londini. | 4. 20. or. |
| 1635. | Dantisci. | 4. 6. or. |
| | | 2. 0. occ. |
| | | <i>Annus.</i> |

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio.</i> |
|---------------|---|--|
| 1636. | Ad Maris Caspii introitum ex fluvio Wolga. Ulterius in eodem mari. Niseni, ab urbe Moscovia 100. milliar. german. distanti. | gr. min. 22. o. occ. 20. o. occ. |
| | Ispahan in Persia. | 9. o. occ. 17. o. occ. |
| | In Urbe Kohn, latit. Sept. 34. gr. 17. min. | 18. 55. occ. |
| | Non procul ab Oba latit. Sept. 39. gr. 28. min. | 24. o. occ. |
| 1638. | Viennæ. | o. o. |
| 1639. | Ad Cap. B. Spei. | 4. o. or. |
| 1640. | Parisiis. | 3. o. or. |
| | Ab orientali parte Cap. S. Augustini 140. leucis. | II. 15. or. |
| | Ad orientem dos Abrollos, 130. ferè leucis. | 14. o. or. |
| | Ad Septentrionalem partem meridiani Tristan de Cunha. | 16. 30. or. |
| | Ad occidentem dos Agulhas 100. leucis. | 4. o. or. |
| | Ad orientem dos Agulhas 18. leucis. | o. o. |
| | Ad aspectum Insularum Ascensionis & Trinitatis. | 13. o. or. |
| | In Meridiano Bajæ de Lagoa. | 3. o. occ. |

Annus.

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio. gr. min.</i> |
|---------------|--|---------------------------------|
| 1640. | In Meridiano fluminis Laurentii Marques. | 6. 0. occ. |
| | In Meridiano das Correntes. | 10. 0. occ. |
| | In Meridiano Baixos da India. | 11. 0. occ. |
| | Ad aspectum ins. S. Laurentii. | 15. 30. occ. |
| | In meridiano insulæ de Zacatora. | 17. 0. occ. |
| 1642. | Dantisci. | 3. 5. occ. |
| | Regiomonti | 3. 5. occ. |
| | In terra von Diemens. | 0. 0. |
| | In insula Roterodami gr. 20 ^o . long. & gr. 20. 15. latit. merid. | 6. 20. or. |
| | In nova Zeelandia gr. 190. longit. & gr. 40. 50. latit. merid. | 9. 0. or. |
| 1643. | In insula Trium Regum novæ Zealandiæ gr. 189. long. & gr. 34. latit. merid. | 8. 40. or. |
| | Ad oram Novæ Guineæ gr. 169. long. & gr. 4. 30. latit. merid. | 8. 35. or. |
| | Ad occidentale punctum Novæ Guineæ gr. 146. long. & gr. 0. 26. latit. merid. | 5. 30. or. |
| | | <i>Annus.</i> |

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio.</i> |
|---------------|---|--------------------|
| 1649. | Hafniæ. | gr. min. |
| 1650. | Evoræ. | 1. 30. or. |
| 1660. | Parisiis. | 6. 0. or. |
| - | Noribergæ. | 1. 0. or. |
| 1666. | Londini. | 0. 0. |
| - | Parisiis. | 1. 27. or. |
| 1667. | Parisiis. | 0. 0. |
| - | Ad Cap. B. Spei. | 0. 15. occ. |
| 1668. | Ulyssiponi. | 7. 15. occ. |
| - | In sinu Hudsonii. | 0. 36. occ. |
| - | In freto Hudsonii. | 19. 15. occ. |
| - | Ad fretum Thomæ Smithii. | 29. 30. occ. |
| 1670. | Dantisci. | 7. 20. occ. |
| - | Romæ. | 2. 5. occ. |
| - | In Promont. S. Augustini in Brasilia. | 5. 30. or. |
| - | In Promont. Frio in Bra- silie. | 12. 10. or. |
| - | Ad ostium fluminis ar- gentei sive de Plata. | 20. 30. or. |
| - | Ad orientalem ingressum freti Magellanici. | 17. 0. or. |
| - | Ad occidentalem ejus in- gressum. | 14. 10. or. |
| - | Baldiviæ. | 8. 10. or. |
| 1672. | Londini. | 2. 30. occ. |
| - | Uraniburgi. | 2. 35. occ. |
| 1674. | Montispessulani in Gallia. | 1. 10. occ. |
| | | <i>Annus.</i> |

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio.</i> |
|---------------|--|--------------------|
| 1674. | Adeni, in ostio Maris rubri | gr. min. |
| 1675. | Ad Cabo das Agulhas. | 15. 0. occ. |
| - | In ins. Zocatra gr. 86. long. & gr. 12. 30. latit. Sept. | 9. 0. occ. |
| - | In insula Mombasa gr. 60. long. & gr. 4. latit. mer. | 17. 0. occ. |
| - | In insula S. Johann gr. 64. long. & gr. 12. 15. latit. merid. | 16. 0. occ. |
| 1676. | In terra Diego Roiz gr. 81. long. & gr. 20. latit. mer. | 19. 30. occ. |
| - | In Bombay gr. 92. long. & gr. 19. latit. merid. | 20. 30. occ. |
| - | In Java, gr. 124. long. & gr. 6. 40. latit. merid. | 12. 0. occ. |
| 1677. | In ins. Cayenne in Ame- rica. | 3. 10. occ. |
| - | In ins. Helenæ. | 12. 0. or. |
| - | In ins. S. Pauli gr. 92. long. & gr. 38. latit. mer. | 0. 40. or. |
| 1678. | In Ins. Ascensionis. | 23. 30. occ. |
| 1679. | Noribergæ. | 1. 0. or. |
| - | Dantisci. | 5. 5. occ. |
| 1680. | Brestiæ in Gallia. | 7. 0. occ. |
| - | Bajonnæ in Hispania. | 1. 45. occ. |
| - | Ballasoræ gr. 107. long. & gr. 21. 30. latit. Sept. | 1. 20. occ. |
| - | In fortalitio S. Georgii gr. 100. long. & gr. 13. 15. la- tit. Septentr. | 8. 20. occ. |
| | | g. 10. occ. |
| | | <i>Annus.</i> |

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio.</i> |
|---------------|--|--------------------|
| 1680. | Ad Cap. B. Spei. | gr. min. |
| 1681. | Parisiis. | 7. 0. occ. |
| - | Romæ. | 2. 30. occ. |
| 1682. | Brixiae seu Bresciæ in Italia. | 5. 0. occ. |
| - | In urbe Xinyam provinciæ Leaotum in China sub latit. gr. 41. min. 56. | 4. 5. occ. |
| - | In urbe Ulam sub latit. gr. 44. 20. | 0. 0. |
| - | In freto Mozambico. | 1. 40. occ. |
| 1683. | Londini. | 18. 0. occ. |
| - | Ulyssiponi. | 4. 30. occ. |
| - | Ad ins. Sebald, in America merid. gr. 310. 30. long. & gr. 52. 19. latit. merid. | 3. 0. occ. |
| - | Ad latus orientale Americæ meridionalis grad. | 23. 10. or. |
| - | 47. 10'. latit. | 15. 30. or. |
| - | In gr. 36. latit. merid. ibidem. | 8. 0. or. |
| 1684. | Ferrariæ. | 2. 0. occ. |
| 1685. | In Insula Cayenne prope fluvium Amazonum. | 12. 0. or. |
| - | Noribergæ. | 5. 0. occ. |
| - | Brixiae. | 6. 0. occ. |
| 1686. | Noribergæ. | 5. 45. occ. |
| 1689. | Grenovici in Anglia. | 6. 0. occ. |
| 1691. | Noribergæ. | 6. 30. occ. |

D

Annus.

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio.</i> |
|---------------|---|--------------------|
| 1692. | Brixiae | gr. min. |
| 1694. | Torno in Lapponia. | 5. 30. occ. |
| - | Upsaliæ in Suecia. | 7. 0. occ. |
| 1695. | Noribergæ. | 8. 0. occ. |
| 1696. | Budæ in Hungaria. | 8. 30. occ. |
| - | Segedini. | 9. 45. occ. |
| - | Viennæ. | 10. 0. occ. |
| - | Parisiis. | 11. 15. occ. |
| 1697. | Noribergæ. | 7. 8. occ. |
| 1698. | Parisiis. | 9. 0. occ. |
| 1699. | Noribergæ. | 7. 40. occ. |
| 1700. | Parisiis. | 9. 30. occ. |
| - | Noribergæ. | 8. 12. occ. |
| - | Ad conspectum ins. Cor- vo & Florum. | 10. 0. occ. |
| - | In portu Ludovici. | 5. 20. occ. |
| - | Ad ins. Hermitam, grad. 29°. long. & gr. 56°. lat. merid. | 6. 30. occ. |
| - | Non procul ab ins. Sebald ad Americam merid. | 20. 30. or. |
| - | Sub linea æquinoctiali gr. 90, long. | 21. 30. or. |
| - | In littore Malabaricæ gr. 16. 30. latit. merid. | 17. 30. occ. |
| - | In puncto Galle Insulæ Ceylon. | 8. 0. occ. |
| - | Ad littus Cormandeli- ense. | 6. 30. occ. |
| | | 5. 0. occ. |
| | | <i>Annus.</i> |

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio. gr. min.</i> |
|---------------|--|---------------------------------|
| 1700. | Ad ins. Andeman & Nicobar. | 3. 0. occ. |
| - | In freto Mozambico gr. 25. latit. merid. | 20. 30. occ. |
| - | Ad ins. Diego Rodrique. | 19. 0. occ. |
| - | Ad ins. Mauritii. | 20. 30. occ. |
| - | Ad ins. Bourbon. | 21. 0. occ. |
| - | Ad ins. Helenæ à parte orientali. | 1. 0. occ. |
| - | Ad ins. Ascensionis. | 0. 20. or. |
| 1702. | Parisiis. | 8. 48. occ. |
| - | Noribergæ. | 10. 30. occ. |
| - | In Cabo das Agulhas. | 13. 30. occ. |
| - | Ad Cap. B. Spei. | 12. 50. occ. |
| 1703. | Noribergæ. | 11. 0. occ. |
| - | Ad Cap. B. Spei. | 13. 0. occ. |
| 1704. | Parisiis. | 9. 20. occ. |
| - | Noribergæ. | 10. 30. occ. |
| - | In freto Mozambico gr. 25. latit. merid. | 22. 0. occ. |
| - | Sub linea æquinoctiali gr. 70. longitud. | 16. 0. occ. |
| - | In littore Malabariæ gr. 16. 30. latit. merid. | 6. 30. occ. |
| - | In Cap. Comorini. | 7. 30. occ. |
| 70 | In puncto Galle Insulæ Ceylon. | 5. 30. occ. |
| 70 | Ad littus Coromandeliense. | 5. 0. occ. |

D 2

Annus.

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio. gr. min.</i> |
|---------------|--|---------------------------------|
| 1704. | Ad Insulas Andeman & Nicobar. | 3. 0. OCC. |
| 1705. | Parisiis. | 9. 35. OCC. |
| - | Noribergæ. | 11. 0. OCC. |
| - | In portu Ludovici. | 5. 0. OCC. |
| - | In Gallia ad littus Britanniae minoris. | 5. 0. OCC. |
| - | Ad Conspectum insl. Corvo & Florum. | 4. 30. OCC. |
| - | In freto Mozambico. | 21. 20. OCC. |
| - | Ad insl. Diego Roderique. | 16. 0. OCC. |
| - | Ad insl. Mauritii. | 21. 0. OCC. |
| - | Ad insl. Bourbon. | 21. 30. OCC. |
| - | Ad conspectum insulæ Helenæ à parte orientali. | 1. 30. OCC. |
| - | Ad insl. Ascensionis. | 1. 0. OR. |
| 1706. | Parisiis. | 9. 48. OCC. |
| - | Noribergæ. | 10. 30. OCC. |
| - | Ulyssiponi. | 30. 0. OCC. |
| - | Ad Cap. B. Spei. | 13. 40. OCC. |
| 1707. | Noribergæ. | 11. 0. OCC. |
| - | Halæ. | 10. 0. OCC. |
| - | Ad Cap. B. Spei. | 11. 0. OCC. |
| - | In mari pacifico gr. 44. 49. latit. merid. | 12. 0. OR. |
| - | Ibidem gr. 48. 18. | 13. 0. OR. |
| - | - - gr. 53. 37. | 15. 0. OR. |
| - | - - gr. 56. 42. | 17. 0. OR. |
| | | <i>Annus.</i> |

| <i>Annus.</i> | <i>Locus.</i> | <i>Declinatio. gr. min.</i> |
|---------------|---|---------------------------------|
| 1707. | Ad San Galland gr. 300. 10'. long. & gr. 13. 6. latit. merid. | 7. O. or. |
| - | Prope Pisco grad. 296. 27'. long. & grad. 14. 1'. latit. merid. | 7. O. or. |
| - | Prope Valparez grad. 297. 30'. long. & gr. 31. 49'. la- tit. merid. | 8. O. or. |
| - | Non procul ab urbe con- ceptionis grad. 299. 25. long. & gr. 36. 30. latit. merid. | 10. O. or. |
| - | Ad ins. Hermitam. gr. 297. 12. long. & gr. 56. 6. latit. merid. | 20. O. or. |
| 1708. | Parisiis. | 10. 15. occ. |
| - | Ad Cap. B. Spei. | 14. O. occ. |
| 1709. | Noribergæ. | 11. O. occ. |
| 1710. | - | 11. O. occ. |
| 1711. | - | 11. 10. occ. |
| 1712. | - | 11. 20. occ. |
| 1713. | - | 11. 30. occ. |

SECTIO III.

De causis inclinationis
magneticæ.

Propositio I. Terra habet vim inclinandi acus
magneticas verticales non minus, quam diri-
gendi

gendi acus horizontales, idque universaliter quoad totam terram. *Ratio. Experimenta.*

Propositio II. Cis æquatorem terræ, cuspis borealis acūs verticalis inclinatur infra horizontem: Ultra æquatorem verò ea ascendet supra horizontem. *Experimentum 1. 2. Causa Phænomeni.*

Propositio III. In unoquovis puncto Magnetis acus verticalis supra eum posita certam aliquam inclinationem habet. *Experimentum. Causa Phænomeni.*

Propositio IV. Gradus terrestres omnes inter se sunt æquales, gradus verò magnetici inclinatorii in Magnetibus non sunt æquales. *Experimentum. Causa Phænomeni.*

Propositio V. Ubiunque in corpore magnetico Acus verticalis conspicitur esse horizontalis, seu horizonti parallela, ibi est æquator magneticus. *Experimentum. Causa Phænomeni.*

Propositio VI. In globo artificiali geographico-magnetico paralleli terrestres & magnetici differunt & varie se intersectant. *Ratio. Experimentum.*

Propositio VII. In terra ipsa æquator terrestris & æquator magneticus inter se differunt. *Experimentum 1. 2. Consecutarium.*

Propositio VIII. In quibusunque locis terræ acus verticalis eundem gradum magnetum ostendit, in iis idem parallelus magneticus est. *Experimentum.*

Pro-

Propositio IX. Ne unicus quidem parallelus terrestris cum parallelo magnetico coincidit. *Ratio. Experimentum.*

Propositio X. Pro diversitate regionum diversos quoque gradus inclinatorios Acus verticalis indicat. *Experimenta.*

Propositio XI. Non per conjecturalem calculationem, sed per ipsam experientiam gradus magnetici in globo-terraqueo designandi atque determinandi sunt.

Experimentum. Kircherus proposuit Tabulam inclinationum magneticarum ad omnes elevationes poli computatam, in qua calculationibus gradus inclinatorios acus verticalis determinare audet. Tabulæ illius aliquam saltem partem exhibebimus, additis vero, à latere experimentis Noëlis, ut ex his illius Tabulæ incertitudo & falsitas eò melius dispalescat.

In Elevatione poli seu latitudine | *Acus verticalis descendit infra Horizontem secundum Calculationes Experientiam*

| <i>Kircheri</i> | <i>Noëlis</i> |
|-----------------|---------------|
| gr. min. | gr. min. |
| 1. | 7. |
| 2. | 10. |
| 4. | 52. |
| 5. | 51. |
| 8. | 50. |
| 9. | 52. |
| 12. | 30. |
| 13. | 0. |
| 14. | 30. |
| 16. | 0. |
| 19. | 0. |
| 21. | 0. |

| <i>In Elevatione poli seu latitudine</i> | <i>Acus verticalis descendit in- fra Horizontem secundum Calculationes Kircheri</i> | <i>Experientiam Noëlis</i> |
|--|---|--------------------------------|
| gr. min. | gr. min. | gr. min. |
| 13. | 26. 18. | 24. 0. |
| 14. | 28. 6. | 25. 0. |
| 18. | 35. 57. | 29. 0. |
| 38. | 62. 9. | 48. 10. |

Propositio XII. Certus gradus magneticus certo alicui loco terræ conveniens & semel assignatus, semper eidem imposterum respondet, & acu verticali iterum inveniri potest. *Ratio 1.2.*

Propositio XIII. Per æquatorem magneticum Magnetis cuiusdam majoris saepius hinc inde ducta Acus verticalis, eum obliquè nunc septentrionem nunc meridiem versus permigrando alios semper aliosque gradus & quidem diversissimos ostendit. *Experimentum. Consectarium.*

Propositio XIV. Si navis ab America Meridionali proficiuntur versus ortum, tunc Acus verticalis cuspis austrina magis magisque descendit infra Horizontem.

*Experimenta à littore Brasiliano usque ad Insulam Madagascar instituta hic adducuntur.
Causa phænomeni.*

Propositio XV. Ex Magna Britannia proficiuntibus in Americam septentrionalem, acus verticalis multo plura dabit locorum maritimo-

timorum indicia, & infra Horizontem magis
magisque descendet. *Ratio. Experimentum.*
Propositio XVI. Inclinatio acus verticalis suam
etiam habet variationem annuam.

*Experimentum factum à Feuvillee in Amer-
rica occidentali. Ratio.*

Propositio XVI. Acus verticalis longè plura,
certiora, atque magis distincta locorum
maritimorum indicia præbet, quam Acus
horizontalis.

*Experimenta à portu Ulyssiponensi usque ad
Caput B. Spei instituta hīc recensentur.*

SECTIO IV.

De subterraneo systemate magne-
tico, seu principio directivo acuum ma-
gneticarum, ejusque motu, polis,
meridianis, æquatore & paral-
lelis magneticis.

Propositio I. In terra se exerit virtus magne-
tica, sed ipsa terra non est Magnes. *Expe-
rimentum.*

Propositio II. Latet sub terra principium ali-
quod directivum acuum omnium magne-
ticarum & quidem à terra separatum, &
constitutum in motu. *Experimentum.*

Propositio III. Virtus magnetica principii ma-
gnetici sub terra magna sit, necessum est,
quia ea sepe per totam terram in directione
acuum magneticarum exerit.

D 5

Expe-

*Experimenta instituta in Europa, Africa, Asia,
America septentrionali & meridionali.*

Propositio IV. Subterranea corpora non sunt
multa, sed paucissima. *Experimentum. Con-*
secularium.

Propositio V. Non unicum tamen, sed duo vi-
dentur sub terra, tanquam cortice, latere
corpora magnetica, quæ supra terram uni-
versam acus magneticas diversimodè diri-
gunt. *Observatio. Experimentum 1, 2. Con-*
secularium.

Propositio VI. Corpora magnetica sub terra
in multū & ad minimum tertiam molis suæ
parte absunt à superficie terræ. *Experi-*
mentum.

Propositio VII. Corpora magnetica subterra-
nea ab una regione polari terrestri ad alte-
ram ferè polarem regionem undū tractu ex-
tenduntur. *Experimentum 1, 2.*

Propositio VIII. Polus borealis corporis ma-
gnetici subterranei in America septentrio-
nali distat à polo terrestri boreali multis gra-
dibus. *Experimentum. Corollarium.*

Propositio IX. Polus australis corporis magne-
tici subterranei in mari Indico distat à po-
lo terrestri australi 56. gradibus.

Experimenta in ipso mari facta.

Propositio X. Polus magneticus austrinus Afri-
co-Asiaticus non desinit in puncto aliquo,
sed latus est & se extendit ad centum ferè
millaria, ultra sex nimirum gradus terre-
stres. *Experimentum 1, 2.*

Propo-

Propositio XI. Polus austrinus Americanus multis gradibus plus abest ab æquatore terrestri, quam polus magneticus Africo-Asiaticus. *Experimentum. Consecarium.*

Propositio XII. Corpus subterraneum magnetum circa æquatorem suum magneticum, habet rotunditatem vel eminentiam quandam protuberantem. *Experimentum. Observatio. Experimentum 1. 2. Corollarium.*

Propositio XIII. In unoquoque Magnete minimo & maximo polus borealis magneticus à polo australi magentico 180. gradibus distat. *Experimentum. Consecarium.*

Propositio XIV. Unumquodque corporum magneticorum sub terra latitans, in ambitu suo 360. gradus magneticos habet. *Experimentum, 1. 2. 3. Corollarium.*

Propositio XV. Illorum corporum magneticorum unum appellamus Magnetem vel Magnetismum Americanum, & alterum Magnetem Africo-Asiaticum. *Observatio 1. 2. Experimentum 1. 2.*

Propositio XVI. Magnes subterraneus Americanus & Africo-Asiaticus sunt ejusdem magnitudinis, quoad latitudinem terrestrem considerati in hemisphærio austrino. *Experimentum.*

Propositio XVII. Quoad Longitudinem vero seu extensionem ab occidente in orientem, Magnes subterraneus Americanus est minor, quam Africo-Asiaticus. *Experimentum.*

Propre-

Propositio XVIII. Magnetis subterranei Africano-Asiatici hemisphæriū austrinum est minus extensum, quām ejusdem hemisphæriū boreale. *Experimentum.*

Propositio XIX. Motō principiō directivō magneticō sub terra movetur totum Systema linearum magneticarum seu meridianorum & parallelorum magneticorum supra terram. *Experimentum. Consecarium.*

Propositio XX. Variatio declinationis unō eodemque anno in quibusdam terræ locis major & in aliis locis eodem anno minor est. *Experimentum.*

Propositio XXI. Dum Systema linearum magneticarum versus occasum progreditur, in his locis gradus declinationis augentur, in aliis minuantur. *Experimenta.*

Propositio XXII. Periodus acūs declinatoriæ à periodo totius Systematis magnetici subterranei numerō annorum multū differt. *Ratio. Experimentum.*

Propositio XXIII. Systema magneticum subterraneum habet motum *communem* cum terra, qui intra 24. horas vergit ab occasu in ortum; & *proprium*, quitendit ab ortu in occasum, atque post multa demum secula absolvitur. *Observatio. Experimentum.*

Propositio XXIV. Systema totum magneticum sub terra annuatim ab ortu in occasum circiter 10. minutis vel 9. secundis & 30. tert. adeoque sex vel septem ferè annis unō gradu promovetur. *Experimentum. 1. 2. 3.*

Præ-

Propositio XXV. Meridiani magnetici, qui annis antiquis dirigebant declinationem acuum magneticarum, intersecabant Meridianos terrestres orientaliter, his annis eos intersecant occidentaliter. *Experimenta. Causa phænomeni.*

Propositio XXVI. Systema linearum magnetarum non per irregulares motus aut subitaneos saltus, sed ordine & tardissimè prægreditur. *Ratio. i. 2. Conjectarium. Experimentum.*

Propositio XXVII. Ex analogia magnetica observationes declinationum interdum non infeliciter emendari possunt.

Experimentum. Noribergæ ab Anno 1700. usque ad annum 1714. institutæ sunt observationes circa magnetis declinationem operosissimæ, sed nonnihil à constanti atque regulari progressu magnetico, in primis circa annum 1702. 1703. 1704. & 1706. abeuntes. Illos per analogiam magneticam, quâ Noël observavit annuatim acutum 10. min. vel 9. min. 30. sec. in declinatione variare, conjecturaliter ordini suo restituere hōc modō liceat:

| <i>Annum.</i> | <i>Declinatio.</i> | <i>Conjecturalis emendatio.</i> |
|----------------|--------------------|-------------------------------------|
| 1700. Jun. | gr. min. | gr. min. |
| 1701. | 10. 0. occ. | 10. 0. occ. |
| 1702. 12. May. | 10. 30. occ. | 10. 20. occ. |

Annus.

| <i>Annus.</i> | <i>Declinatio.</i> | <i>Conjecturalis emendatio.</i> |
|----------------|---------------------------|-------------------------------------|
| 1703. Jul. | gr. min. II. 0. occid. | gr. min. 10. 30. occid. |
| 1704. 8. Apr. | 10. 30. - | 10. 40. - |
| 1705. | II. 0. - | 10. 50. - |
| 1706. | 10. 0. - | II. 0. - |
| 1707. | II. 0. - | II. 10. - |
| 1708. | II. 0. - | II. 20. - |
| 1709. | II. 0. - | II. 30. - |
| 1710. | II. 0. - | II. 40. - |
| 1711. | II. 0. - | II. 50. - |
| 1712. | II. 0. - | 12. 0. - |
| 1713. 2. May. | II. 0. - | 12. 10. - |
| 1714. 12. Jun. | 12. 0. - | 12. 20. - |

Propositio XXXVIII. Corpus magneticum subterraneum comparatum ipsi terræ, mole suâ multò minus est, quam terra. *Experimentum.*

Propositio XLIX. Systema magneticum subterraneum motu propriō non movetur circa polos terrestres. *Experimentum.*

SECTIO V.

De globo artificiali geographicō-magneticō terræ ipsi quoad proprietates ejus magneticas simillimo.

Propositio I. Magneticæ proprietates terræ optimè repræsentari possunt per globum artificialē geographicō-magneticū, in quo

quo virtus magnetica eodem modo ac in
ipsa terra sese exerit. *Observatio 1. 2. 3. 4.*

5. 6.

Propositio II. Globus ejusmodi artificialis geo-
graphicō-magneticus omni curā, studiō,
atque sollicitudine ita elaborandus est, ut
terræ quoad magnetismum in omnibus si-
millimus atque æqualis sistatur. *Experimen-*
tum 1. 2. 3.

Experimenta. In plus quam centum Ma-
gnetibus institutæ sunt observationes ma-
gneticæ. In eis designati atque descripti sunt
non solum magnetici poli, quod unicum
ferè alias fieri solet, sed & magnetici me-
ridiani, æquator, & paralleli. Efformati
sunt iidem in figuræ quadratas, rotundas,
cylindricas, aliterque variegatas. Inclusi
etiam sunt Magnetæ superficiebus diversi-
modè figuratis & manifestatum est, eos,
si superficie alia atque alia induantur, tunc
alias etiam atque alias lineas magneticas in
superficiebus, à lineis in ipso magnete de-
scriptis diversas, exhibere.

Experimentum. In primis minor aliqua map-
pa geographicæ ita virtute magnetica in-
structa est, ut ea præcipuas magneticas &
declinationes & inclinationes, conspicuas
in ipsa terra & ejus diversis regionibus, vi-
vidè imitaretur.

Experimentum. Tandem vero etiam superatis
difficultatibus non exiguis, divinâ favente
gratiâ constructio etiam globi geographi-
co-magne-

co-magnetici feliciter cessit, ita, ut is terræ quidem non in omnibus æqualis, similimus tamen eidem quoad præcipuas ejus proprietates magneticas fuerit redditus, quarum recensio nunc sequitur:

*In terra seu ipso magno globo
terraqueo*

1. Acus horizontalis ubique respicit polum & plagam septentrionalem.
2. In quibusdam verò regionibus acus declinat à polo boreali versus ortum.
3. In quibusdam declinat ad occatum.
4. In paucissimis locis terræ acus fixa est, seu sine ulla declinatione à polo septentrionali.
5. Gradus declinationis, eundo ab una regione terræ ad aliam, sensim crescunt & sensim iterum decrescunt.
6. In uno eodemque Meridiano terrestri declinatio non est una & eadem ubique.
7. In eodem Meridiano acus quoad borealem partem declinat versus occasum & quoad australem partem declinat versus ortum.
8. Quod major est Latitudo australis eo major est declinatio.

Eadem
magneti-
ca pro-
prietates
terræ o-
mnes et
iam in
globo no-
stro artifi-
ciali geo-
graphicoco-
magneti-
co conspi-
ciuntur.

In terra seu ipso magno globo terraqueo

9. In eodem parallelo terrestri declinatio non est eadem, sed in his regionibus est ad ortum, & in aliis regionibus eidem parallelo subjacentibus est ad occasum.
10. Si acus horizontalis appropinquat polo *boreali* cuspis ejus borealis deprimitur versus terram. Si verò acus appropinquat polo *australi*, cuspis australis deprimitur versus terram.
11. Acus in oceano hactenus navigato totum circulum graduum declinatione suâ non absolvit.
12. Virtus magnetica in terra conspicua exerit quoque vim *inclinandi* acus magneticas verticales.
13. In hemisphærio terrestri boreali cuspis borealis acûs magneticæ verticalis *descendit* infra Horizontem.
14. In hemisphærio australi cuspis borealis *ascendit* supra, australis verò *descendit* infra Horizontem.
15. Quò magis acus polo appropinquat, eo magis quoque atque profundiùs cuspis alterutra *descendit* infra Horizontem.
16. Sub uno eodemque Meridiano terrestri inclinatio non est eadem, sed hic major, ibi minor.

Idem in
globo no-
stro geo-
graphico-
magneti-
co contin-
git.

E

In

In terra seu ipso magno globo
terraqueo

17. Sub eodem parallelo terrestri quoque inclinatio non una eademque, sed hic major ibi minor est.
18. In quibusdam locis terrae acus verticalis conspicitur Horizonti parallela seu in æquilibrio constituta, indicans, ibidem Äquatoriem magneticum esse.
19. Sub terrestri Äquatore acus verticalis non æquilibratur, nec Horizonti parallela conspicitur, indicans Äquatorem terrestrem & Äquatorem magneticum inter se differre.
20. Si acus verticalis supra meridianam terræ collocatur, alios ea ostendit gradus in circulo graduum, quam si supra meridianam magneticam collocatur.
21. Si eadem acus ad Septentrionem, Ortum, Meridiem, & Occasum vertitur, semper ea alios atque alios gradus ostendit.
22. Ad polum magneticum veniens acus verticalis, attollitur supra Horizontem 90. gradibus, & fit perpendicularis.
23. Gradus ascensionis & descensio-

Eadem
phæno-
mena ma-
gnetica
observan-
tur in glo-
bo magne-
tico-geo-
graphicō.

In

*In terra seu ipso magno globo
terraqueo*

- nis acūs verticalis sensim cre-
scunt, & sensim decrescunt.
24. Polus magneticus septentrio-
nalis à polo magnetico meridio-
nali distat 180. gradibus magne-
ticis.
25. Polus terrestris & polus magne-
ticus inter se differunt.
25. Magnetici Meridiani, Äquator,
& Paralleli à terrestribus Meri-
dianis, Äquatore & Parallelis
differunt.
26. Horizontalis acus paucos tan-
tum gradus variantes declinato-
rios ostendit in tota terra, acus
verticalis verò indicat gradus in-
clinatorios multoplurimos.
27. Acus verticalis ostendit latitu-
dinem & longitudinem.
28. Per totum terræ ambitum seu
circuitum acus horizontalis qua-
ter fixa seu directè respiciens po-
lum borealem sine ulla declina-
tione reperitur.
29. Versùs polum austrinum con-
spicitur divaricatio linearum, ita,
ut acus in hac regione abeat &
declinet ad ortum in altera regio-
ne ad occasum.

Idem ex-
hibetur
in globo
alio ge-
ographi-
co-ma-
gnetico;

E 2

In

*In terra seu ipso magno globo
terraqueo*

30. In eodem loco terræ annuatim declinatio variatur.
31. In illis locis, in quibus olim declinatio fuit ad ortum, postmodum conspicitur esse ad occasum.
32. In illis locis, in quibus declinatio fuit ad occasum, postmodum conspicitur esse ad ortum.
33. Quando acus in variatione ad certum gradum declinationis *occidentalis* pervenit, revertitur ea in declinatione sua versus ortum.
34. Quando acus ad certum gradum declinationis *orientalis* pervenit, revertitur in declinatione versus occasum.

Eadem di-
versa va-
riatio de-
clinatio-
nis obser-
vatur in
globo pe-
culiare
geogra-
phico-
magne-
tico.

CAP. IV.

Mechanica repræsentatio Methodi.

Problema I.

Motum acūs horizontalis magneticæ, circa Magnetem ductæ, mechanicè explicare.

Problema II.

Acūs magneticæ declinationem à polo boreali versus ortum aut occasum, mechanicè repræsentare.

Problema

Problema III.

Causam annuae Variationis declinationis magneticæ mechanicè demonstrare.

Problema IV.

Rationem reddere & mechanicè explicare, cur in uno loco Variatio declinationis major, in altero minor sit, & quidem in eodem annorum spatio.

Problema V.

Causam, cur acus inclinatoria descendat infra, aut ascendat supra Horizontem, mechanicis Instrumentis evidentem reddere.

Problema VI.

Rationem reddere, cur ab uno minimi & maximi magnetis polo ad alterum illius polum nec plures nec pauciores quam 180. gradus sint.

Problema VII.

Inæqualitatem, quæ est inter gradus terrestres & magneticos, & ejus causam manifestare.

Problema VIII.

Motum ætheris per Magnetem & circa Magnetem mechanicè æmulari.

Problema IX.

Modum explicare, quod Magnes circumrotatus duas, iuxta eum positas, acus magneticas movet.

Problema X.

Causam mechanice sistere, cur acus horizontalis in tota terra nunquam circulum gra-

duum suorum totum absolvere conspicia-
tur.

Problema XI.

Magnetis vim attractivam mechanice exhibe-
bere.

Problema XII.

Magneterm cuiuscunque figuræ ex chalybe
imitari, ita ut chalybeus magnes proprie-
tates veri magnetis referat.

Problema XIII.

Genesin linearum magneticarum in Tabula
celeber. Halleji Hydrographico-magnetica
& mirabiles earum ductus atque causas me-
chanicè explicare.

Problema XIV.

Lineas istas numericas in Meridianos magne-
ticos mutare.

Problema XV.

Acum declinatoriam circa totam terram qua-
ter fixam, & ejus rei causam sistere.

Problema XVI.

Declinationes futurorum annorum per uni-
versum oceanum navigabilem conjecturâ
probabili, adhibitô instrumento mecha-
nicô, prædicere.

Problema XVII.

Magnetismum Astronomicum sistere, ubi sol
movet planetas virtute magneticâ.

In hoc instrumento magnetico unicus sol
hunc planetam citius alterum tardius circa
centrum ipsius movet.

Spira-

Spirales motus planetarum, quas secundum Systema Tychonicum celeber. Doppelmayerus describit in Ephemeridibus Planetarum cœlestibus, per solam virtutem magneticam exhibentur. Saturnus triginta Spiræ cursu suo efficit, Jupiter duodecim, Mars unam, Venus duas, & Mercurius tres.

Conjectura subiit animum inter has meditationes magneticas, stellas ædificii mundani non fundamentum, sed tantum ejus ornamen-
tum esse.

Per has & alias ejus generis machinas mag-
neticas, uti spero, in luce meridiana col-
locanda veniet ista magni momenti veri-
tas: Quicquid in terris per rotas & heli-
ces efficimus, id Omnipotentissimus Cre-
ator in Universo operatur per vires ma-
gneticas.

Problema XVIII.

Magnetismum moralem seu arcuam divina-
toriam magneticam exhibere, quâ proba-
biliter animus illius hominis, qui manu
suâ acum magneticam obelo ibi erecto im-
ponit, quoad primarias virtutes & vitia de-
tegitur.

Problema XIX.

Meatus subterraneos maris magneticis simili-
limos mechanicè exhibere.

E 4

Hac

Hāc machinā, fluxūs & refluxūs maris causa
vera & unica sīstitur.

In ea, uti ordinariē in ipso mari, sex horis fit
fluxus, & sex horis refluxus.

In novilunio & plenilunio fluxus sunt ma-
iores, quam in quadraturis lunæ.

A primo novilunii die sensim decrescere inci-
piunt æstus usque ad diem septimum, sed ab
hoc iterum augentur & crescent usque ad
diem decimum quartum, post quem iterum
decrescere incipiunt.

Consentiant æstus accuratissimè cum Luna,
sed causa illorum non est Luna, id quod
evidenter demonstratur.

Nilus dimidiō annō fluit, & postmodum di-
midiō annō undis destitutus est.

Causæ thermarum, origines fontium atque
fluviorum & alia ferè omnia phænomena in
ipso maris motu conspicua, facili methodo
per machinam hanc explicantur.

Anfractuosæ sunt viæ ingeniorum acerrimo-
rum, quæ conquistò physicò & mathe-
maticò apparatu magnò, phænomena ista
maris explicare conantur, cùm tamen na-
tura in his quoque simplicissimò modò
agat. Acumen ingenii & vivida animi vis,
ex aliis eorum meditationibus elucens, effi-
cit, ut credam, eos ipsos non credere,
quæ aliis tam operosè persuadere conan-
tur. Omnis veritas simillima est luci, cu-
jus

ius radii non per tortuosos meatus, sed
planâ viâ & rectâ linea propagantur.

CAPUT V.

Adjuncta Methodi.

I. Universalitas Methodi intuitu Locorum.

1. Universalissimus est acuum *verticalium* magneticarum usus per totum globum terraqueum. Dampier enim *totam terram circumnavigavit* & ubique utilitatem acûs *horizontalis*, usibus nauticis fideliter famulantis, observavit. Non solum verò *eadem*, sed & longè *major* utilitas ubique ab acu magneticâ *verticali* expectanda est. *Utraque* enim acus ab uno *eodemque* principio, nimirum à virtute magnetica terræ, dirigitur, quæ si unam ullibi moveat, alteram quoque ibidem movebit.
2. Franciscus Noël ex *Europa* solvens, *Americæ* littora salutavit, & *Africæ* promontoria circumnavigans in *Asia* terras deum Indicas orientales adiit. Is acûs *verticalis* ejusque motuum observator maximè industrius in tam longinquò itinere fuit, & probè perspexit, eam subinde mutatō locō novas semper indicationes subministrare.
3. Ludovicus Feuville autem in *America etiam occidentali* & in *mari pacifico* motus

acūs magneticā verticalis inclinatorios vedit, & eam ibi quoque multō plura atque diversissima locorum maritimorum indicia præbere animadvertis.

4. Ita universalissimus usus instrumenti, ex acubus magneticis horizontalibus atque verticalibus combinati, evidentissimè patet. Id verò auger præstantiam atque æstimationem ejus, quod illud, quem præstat usum, eum ubique terrarum & in toto oceano navigabili præstet.

II. Universalitas Methodi intuitu Temporis.

1. Indicia, quæ alias in mari interdiu à sole habentur, subsequens nox eripit, & quæ à sideribus hauriuntur, sæpe extinguuntur atrâ mole nubium.
2. Instrumentum autem hoc magnetico-nauticum semper promptum est. Quâlibet horâ, diurnâ, nocturnâ, suô fungitur officiô. Nec frigus hyemis, nec calor æstatis, nec variantes tempestates vel veris vel autumni, operationes ejus inhibent. Cœlum serenô & nubilô indicationes suas peregit. Lateat noctu luna cum choro omnistarum, abscondatur interdiu magni luminis splendor, eunti tamen per fluctus maris navi, ea, quam ivit, & quam ibit via manifesta erit.

III.

III. Facilitas Methodi.

1. Qui numeros novit, novit & uti instrumento hōc magnetico-nauticō. Non enim onerosa & multis calculationum laboribus circumsepta, sed paucissimis legibus constans, adeoque facillima, præscribitur utendi hōc instrumento Methodus.
2. Nec instrumenti constructio magnam difficultatem habet. Artifex magnetismi peritus, uno instrumenti intuitu id facile imitabitur, & è fabricatione propria paucarum acuum verticalium animadvertis, quomodo eae quam politissimæ, accuratè satis æquibratæ, & vigore magneticō penitus iubutæ præstari possint.
3. Observationes etiam non multorum annorum toti huic negotio perficiendo sufficiunt. Non enim adeò multa sunt, quæ adhuc in re magnetica latent. Protrahendus est lapis refractarius è latebris suis. Satis diu vires ingenii humani elidere annititur. Pius pariter & industrius operum divinorum indagator magnâ demum animi jucunditate & intemerata lætitia divinæ Sapientiæ apertissima vestigia videbit.

IV. Certitudo Methodi.

1. Acus horizontalis, quæ hactenus sola navigationem omnem ferè dirigit, præstat equidem aliquam indiciorum certitudinem, sed

sed longè major certitudo eorum ab accende
nte acu *verticali* præstabitur. Hæc enim
ferè decies plura indici præbet, quæm ho-
rizontalis. A littore Ulyssiponensi usque
ad Caput Bonæ Spei acus magnetica hori-
zontalis vix sex gradibus aut ad ortum aut
ad occasum declinat, distingue[n]s h[oc] exi-
guo[n] graduum declinatoriorum numerō lo-
ca maritima. Acus magnetica verticalis
verò in eodem itinere maritimo 130. indicia
diversa subministrat, quod tantō numero
indiciorum, longè certius loca maris diversa-
e se invicem distingui atque dignosci po-
terunt.

2. Et quoniam evidentissimum est, certum
quendam gradum acūs magnetice vertica-
lis certo cuidam gradui magnetici corpo-
ris perpetuo respondere, (eadem enim
causa, non impedita, eundem semper effe-
ctum producit) ideo locus quivis mariti-
mus, semel signatus acu verticali, per ean-
dem certissime, quotiescumque placuerit,
iterum inveniri poterit.

V. *Necessitas atque utilitas* *Methodi.*

1. Tot votorum suspiria, tot posita invento-
ribus longitudinis præmia, tot ingeniorum
excellentissimorum laudatissima conamina,
tot ipsorum nautarum experimenta multi-
varia, laboriosa, & nunquam hæc tenus de-
finen-

- ſinentia, rem omnino arduam & desideratissimam innuant, & humanis uisibus maxime necessariam.
2. Omnia verò Mathematicorum ſpes, è ſideribus auxilium expeſtans in hoc tanto negotio, expirare fermè videtur. In primis quia cœleſtia celerrimè moventur, & unius minuti neglecta observatio errorem multorum milliarum in terra cauſatur. Proinde multoplurimi jamdum ſtatuerunt, è magneticarum rerum emendatione notabilis ſubſidia inveniendæ longitudinis neceſſariò conquirenda eſſe.
 3. Neceſſitatem hanc acus magnetica *horizontalis* haētenus aliquō modō, ſed non ſine desiderio majoris perfectionis ſupplevit, quæ, ut tota obtineatur, neceſſariò eidem *verticalis* acus adjungenda eſt. Hoc ſi fiat, via navis in mari, ut ſemita in terra, felicissimè invenietur.
 4. Vada in mari, voragineſ, rupes & periculis plena atque multarum navium interitu celebria loca imposterum, monente instrumento magneticō, evitabuntur.
 5. Cūm tempeſtas navem aliquam circumgegit, poterit hæc, cum procella defeviit, viam iterum, à qua dimota erat, facile repetere.
 6. Si quæ terra p̄æ cæteris fabricam instrumenti hujus magneticō-nautici, adhibitā ſollicitudine atque industria summā, ad perfeſſio-

fectionem perducet, ea quasi monopolium utilissimum in hoc negotio obtinebit. Inde id desiderabitur, & requiretur ab omnibus avidissimè. *Verticale*s enim illæ acutimè fabricatæ, à mathematicis comprosbatæ, & tabulâ declinationum atque inclinationum magneticarum instruetæ magni omnino æstimabuntur. Si horologia Londonensiæ tantam celebritatem assequi potuerunt, nonne magnetico-nauticum instrumentum parilem acquirere famam, & non contemnendam utilitatem conciliare poterit.

7. Quando iter maritimum instituitur, id non solum tutiùs, sed & unâ vel alterâ septimanâ aut mense celerius conficietur, cognitâ Longitudine, & compendium viæ præmonstrante instrumento magneticō. Tantis autem sumptibus carere, lucrum est.

CAP. VI.

Historia Methodi.

Ubi occasio ejus prima, progressus meditacionum atque experimentorum, Domini Eberhardi, qui instrumenta demonstrationi inservientia è mea manu acceperat, itinera, ejusque publicatum *Specimen theorie magnetice*, quô se solum Autorem Methodi gerit, Domini D. Wijthonii etiam scriptum Anglicanum, duodecim Iudicibus Magnæ Britaniæ, subscripto suo solius nomine traditum, præterea autem & benigna fata hujus magnetici negotii recensentur.

CAP.

CAP. VII.

Consideratio theologica Methodi
quoad Theologiam I. Theticam II. Mo-
ralem & III. Paracleticam.



Numen Supremum, quod nutu
divinō mare terramque regit, & vir-
tute omnipotentissimā euntes &
redeuntes fluctus immanis oceani
moderatur, ac magnetismi terreni
vires ponderat justā staterā, hoc
negotium magneticum totum ita
provehat & sapientissimā manu di-
rigat, ut per illud omnium, iter
mari facientium, promoteatur sa-
lus atque securitas, ut etiam divina
Summi Benefactoris Sapientia at-
que Bonitas novis subinde docu-
mentis manifestetur, DEIque
Creatoris atque Conservatoris no-
stri Ter Optimi Maximi gloria
suavissimō terrae marisque con-
centu in perpetua secula
concelebretur.



**SECUNDA
METHODUS
INVENIENDÆ LONGI-
TUDINIS
PER
SINGULAREM DIMENSIONEM
VIÆ MARITIMÆ.**

I. Si

I. **S**i machina inveniatur & construatur, per quam via maritima quoad millaria & quadrantes milliarium accuratè mensurari potest, judiciò omnium rerum nauticarum peritorum, instrumentum aderit, quò ipsa etiam longitudo maritima determinari potest.

II. Hoc probè cognovit, &, ut ejusmodi instrumentum dimensionum viæ maritimæ inveniret, plurimam operam impendit Vir celeberrimus Dominus CONRADUS MEL, S. Th. D., qui Pantometrum aliquod nauticum Illustrissimis & Præpotentibus Ordinibus Generalibus Belgii fœderati submisit, atque descriptionem ejus Antiquario suo sacro, anno 1719. publicato, inferuit. Sed multoplurimos rerum maritimarum peritissimos habuit dissentientes, quorum objectiones recenset & alias adhuc difficultates ferè insuperabiles eidem adeste, candidè fatetur.

III. Præterea celeb. Professoris Mathe-maticæ, STURMII, libellus aliquis in lingua Gallica editus est, in quo delineatio machinae exhibetur, per quam navis via in mari, ex ipsius opinione, accuratè mensurari potest. Quoniam verò, si ista machina adhiberi debet, multa omnino mutare in consueta hactenus structura navium oportet,

F

quod

quod sine magno periculo fieri nequit, id eo per istam etiam ipsius inventam methodum scopus praefixus obtineri nondum potuit.

IV. Meditationibus vero magneticis occupato & opera divina attentiùs consideranti mihi indignissimo Benignitas divina in eo quoque affulxit, ut post varia instituta experimenta tandem sece quasi ultro manibus meis ingesserit instrumentum, quod non solum millaria maritima, sed & ipsi fermè passus & pedes geometrici, in itinere navis maritimo, exoptatā certitudine signari poslunt. Cām primū motum illius machinulæ observarem, admiratio certè non exigua mentem meam occupavit, ita, ut tacitā veneratione animi, adorarem Benignissimum DĒUM, qui beneficium beneficio addens novam methodum inveniendæ longitudinis oculis meis conspiciendam præbebat.

V. In hac machina nautica, quam Leucometrum marinum appellare soleo, sequentia, consideratione non indigna esse videntur:

1. Instrumentum hoc accuratè indicat quantitatem confecti itineris & signat non solum gradus, & millaria, sed & longè minores & maximè exiguae divisiones viæ maritimæ.

2. Sine omni opera atque labore nautæ, officio

ficiō suō in mensuranda via sponte fungitūr.

3. Si navis movetur tardē, motus instrumenti quoque tardus est; Si vero navis progreditur celeriter, instrumentum quoque celeriter movetur. A motu navis motus instrumenti solitariē dependet.
4. Instrumentum hoc, motum navis nihil impedit.
5. Etiam si navis inclinetur in hoc vel illud latus, non tamen illud cessat à peragendo motu suo.
6. Sive navis profundiūs aquæ immergatur, sive ordinaria altitudine undis emineat, demandatum sibi opus instrumentum perficit.
7. Venti spiracula illud non impediunt, quia non attingunt.
8. Facilis constructionis est.
9. Nec magnos adeò sumptus requirit.
10. In ipsa structura navis, ne minima quidem pars propter instrumentum hoc immutanda est.
11. Si illud probè confectum, tam diu durare potest, ac ipsa navis perdurat.
12. Rivi & aquæ currentes in mari, navem à vera via sæpius occultè dimoventes, per hoc Leucometron detegi poterunt, addi-

tō scilicet Aērometro, & Anemometrō, triplici methodō elaboratō, quō robur venti per gradus duodecim & plures distincte indicatur.

13. Usus instrumenti facillimus est. Quivis nauta, qui numeros novit, is & uti hōc instrumento novit.

14. Effectus hujus machinæ nauticæ tam certus & evidens est, ut in quovis vasculo aquā pleno motus ejus promptissimus, & commensuratio insimul motū apertissima oculis repræsentetur.



TERTIA

TERCIA
METHODUS
INVENIENDÆ LONGITU-
DINIS MARITIMÆ
PER
HOROLOGIA SOLARIA
ET AUTOMATA,
ACCURATISSIMO MODO
ADORNANDA.

F 3

219.

Problema I.

Horologium solare ita construere, ut non solum horas, sed & minuta prima, secunda, &c., si desideretur, tertia quoque, umbrâ subtilissimâ, præcisè denotet.

Problema II.

Duo Horologia automata ita instruere, ut horam specialis alicujus loci v.g. Londini, quocunque tempore & in quocunque loco maris ostendant. Si redintegratur eorum motus, ne unicum quidem momentum temporis perditur.

Problema III.

Horologium arenarium adornare, quod 24. horis cursum suum perpetim, sine ulla inversionis interpositâ morâ continuat. Si quæ restaurandus est motus, ne ad minimum quidem momentum, cursus inhibetur, sed in perpetuo motu nunquam cessante conservatur. Hoc horologium arenarium non solum horas, sed & minuta indicat.

Problema IV.

Horologium, pondere mobile, ita construere, ut ab omni omnino aëris externi ingressu rotulæ internæ planè sint liberæ, & dum cursus rotarum redintegratur, nunquam illud in motu suo sistatur.

Problema V.

Æquationem temporis facili negotiō expedire.

Pro-

Problema VI.

Longitudinem maritimam invenire per horologia, unum solare, quod minuta præcisè indicat, & duo automata, quæ accuratissimô modô instructa sunt.

Trinam hanc methodum inveniendæ longitudinis si quis unicam tantùm appellare voluerit, ita, ut sociata tot instrumenta ad unum scopum collineent, nihil equidem refragabor, sufficit, si modò navingantium incertitudo atque pericula imminentur, id quod operâ hâc aliquali, promovere desidero. Utque obtineatur, mentem iterum palmasque in cœlum dirigo, Supremum Numen denuo geminatis suspiriis invocans, ut in tutelam omnipotentissimam omnes iter terrâ marique facientes, benignè suscipiat, & laboriosos hosce conatus nostros eâ felicitate beat, ut iidem omnes in exoptatam utilitatem proximi inque honorem & glorificationem Divini Nominis certissime dirigantur.





**Instrumenta magnetica & chartæ
hydro-graphicæ, quæ simul cum MStâ
Methodo transmittuntur.**

- I. Globus geographicō - magneticus maximus, acu verticali Longitudinem demonstrans.
- II. - - minor, acu verticali Latitudinem demonstrans.
- III. - - medius, in quō acu & horizontali & verticali magneticæ proprietates terræ ferè omnes, Cap. III. Sect. V. enumeratæ exhibentur.
- IV. - - circa quem acus verticalis in navicula posita, lentō motu, per æquatorrem, qui est norma Longitudinis, circumducitur, & 360. indicia diversa Longitudinis in circuitu terræ præbet.
- V. - - qui circumdatus est plurimis acubus horizontalibus & verticalibus magneticis, & circumrotatus varium sicut acuum oculis considerandum sistit.
- VI. Quadratum magneticum. In eo
 1. acu verticali & Longitudo & Latitudo ostenditur.
 2. Äquator, & paralleli magnetici ducti sunt & acu verticali ibi positâ determinantur & distinguuntur.
 3. Meridiani magnetici conspicuntur delineati & acu horizontali supra eos deductâ signantur.

4. De-

4. Declinatio ad ortum in hoc loco, & declinatio ad occasum in alio loco demonstratur ejusque diversitatis causa ob oculos ponitur.

VII. - in quo duabus acubus sponte se mouentibus Longitudo & Latitudo indicatur.

VIII. - in quo annua, successiva variatio declinationis in eodem loco ad ortum & occasum vividè sistitur.

IX. Instrumentum magneticum futurorum annorum declinationes, conjectura maxime probabili, per totum oceanum navigabilem præfigiens.

X. Exemplar instrumenti magnetico-nautici, in quo acus horizontalis, quæ etsi exigua, tamen longissimæ acui æquipollat, acubus verticalibus consociata est, ut operentur ad communem scopum inventiæ Longitudinis. Hujus instrumenti fabricatio & usus describitur Cap. II. Problem. I. II. III. X.

XI. Cistula magnetica, quæ ad quæstiones aliquas, maximè arduas, respondet.

XII. Magnetismus moralis, ubi non solùm animus hominis, qui manu suâ acum magneticam obelo ibidem erecto imponit, quoad primarias virtutes aut vitia detegitur, sed etiam ejusdem hominis ætas atque statura per acum magneticam innuitur.

XIII. Charta hydrographico-magnetica, quæ iter P. Fr. Noëlis è Portugallia ad Indos

dos orientales, additis omnibus ejus observationibus magneticis, acu verticali & horizontali factis, & annotatis gradibus Longitudinis & Latitudinis exhibit.

XIV. Charta hydrographico-magnetica celeberrimi Halleji, quæ lineis curvis & admirandis, nostris verò experimentis quam optimè respondentibus, declinationes magneticas per universum oceanum navigabilem designat.

XV. - - in qua lineas magneticas Halleji in meridianos magneticos felici successu transmutavimus.

XVI. - - in qua ex Noëlis observationibus acu verticali factis parallelos magneticos exhibemus.

XVII. - - in qua & lineas Halleji & parallelos Noëlis combinavimus, ita, ut locus navis in mari, acu verticali & horizontali signatus, in puncto intersectionis harum linearum facili negotiō dignosci queat.

XVIII. Systema meridianorum magneticorum omnium per universam terram.


XIX. Magnetes aliqui, in quibus æquator & meridiani magnetici, qui lapidi magnetico realiter insunt, designati conspicuntur.

XX. Leucometrum marinum, per quod via navis in mari accurate mensurari potest.

XXI. Figura Sciaterici, quod horas atque minutā umbrā subtilissimā præcisè denotat.

Fa 315 gd.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



a 1
**METHODUS
INVENIENDÆ LONGITU-
DINIS MARITIMÆ**

PRIMA

PER
**ACUS VERTICALES
MAGNETICAS,**

SECUNDA

PER
**SINGULAREM DIMEN-
SIONEM VIÆ MARITIMÆ,**

TERTIA

PER
**HOROLOGIA SOLARIA
ET AUTOMATA, UTRAQUE
ACCURATISSIMO MODO
ADORNANDA.**